

non solum ex parvis initiis magna facta est, sed etiam magnum restinxit incendium.

sol est in celo; sicut enim fons est quasi oculus terræ; sic sol est quasi oculus cœli, totum cœlum orbemque lustrans et ornans. Unde Hebr. 17, *ain*, tam oculum quam fontem significat, quia quod oculus est in homine, hoc fons est in terrâ, et sol in celo. Tertio, quia flumen ex fonte manans limpidum est, per spicuum et clarum instar crystalli (imò crystallus non est aliud quàm aqua fontis conglaciata) ac radiis solis illuminatum resplendet ut sol. Quarto, quia ex fonte et aquis primigeniis creatus est sol et cœli. Unde et Hebr., *scamam*, q. d., *ibi aquæ*, vocatur, ut ostendi pluribus Gen. 1, 7. Simili modo et analogiâ Esther hic quasi aqua, id est, pauper et abjecta, ab Assuero evecta ad solum regale quasi ad cœlum, facta est gloriosa et radians ut sol, ut iure fons solis, de quo Josue 15, v. 7, et c. 18, 47, vocari possit juxta id quod c. 11, 41, de eâ dicitur: *Lux et sol ortus est, et humilis exaltatus sunt, et devariantur incliglos.*

Hinc S. Script. sæpe lumen et flumen combinat, ut Ps. 55, 10: *Domine, aqua te est fons vite, et in lumine tuo videbimus lumen.* Et Apoc. 22, 1, lumen gloriæ beatorum describitur per fluvium paradisi, cum ait: *Et ostendit mihi fluvium aquæ vite, splendidum tanquam crystallum procedentem de sede Dei et Agni.* Denique in fontibus subinde per reflexionem radiorum sol sui effluviæ exprimit, facitque parellum, id est, alterum quasi solem, ut fons ipse videatur esse sol, ut dicam c. seq. v. 40 et 41. Hoc est ergo paradoxum, hieroglyphicum Mardochei somnium: *Ex aquis sol*, id est, ex tribulatione oritur gaudium, ex adversitate prosperitas, ex desolatione consolatio, ex morte lætitia, ex humilicatione exultatio, ex mortificatione resurrectio. Fingunt poeta solem, cum occumbit ex labore diurno anhelum, se aquis et mari immergere, ut noctu se aliat et refrigeret; quare manâ ex lisdem rursus vegetum prodire et renasci; sic aquæ humilicationis refrigerant mentem operibus charitatis estuante, ut humilior et vegetior ex illis ad eadem resurgat et regrediatur. Tunc fit istud, quod dicitur Job. 41, 16: *Miseria quoque oblivisceris et quasi aquarum, quæ prætereunt, non recordaberis. Et quasi meridianus fulgor consurgit tibi ad vesperam; et, cum te consumptum putaveris, orientis ut Lucifer.* Et illud Malach. 4, 2: *Orietur vobis imenibus nomen meum sol justitie, et sanitas in pennis ejus; et egredietur, et salietis sicut vituli de armento.* Vide ibi dicta. Denique somnium hoc allusit ad morem Persarum, qui solem colebant quasi numen, ac reges suos vocabant soles. Unde Cyrus Persic idem est quod sol. Et Sapor Persarum rex, teste Marcel. l. 47, scribens ad Constantium imperatorem, hunc sibi arrogat titulum: *Rex regum Sapor, princeps siderum, et pater solis et lunæ, Constanti, patri meo salutem.* Cum ergo Mardocheus per visum vidit Estherem quasi solem, paulò post intellexit eam fore reginam Persarum, ac capite gestatorem coram solarem, id est, radiis aureis quasi solaribus distinctam. Addit Josippus filius Corionis l. 2, c. 2, Mardocheum Estherem in persecutione Amâni afflictam consolatione fuisse refractione hujus sui somnii, in deque spe certâ liberationis sententuræ. Idem dicit de quadammodo toto, quo Esther quasi vilis, incognita, et obliuioni tradita latuit in domo Assueri; nam anno secundo Assueri in

IN LUCEM SOLEMQUE, in lucidum solem.

VERS. 7. — DUO DRACONES, EGO ET AMAN (1). Bene dracones Mardocheus et Aman: Ambo enim potentes, ambo vigiles, alter ad servan-

domum ejus inducta fuit: septimo verò de mismo anno ad eundem introducta, ut patet c. 2, v. 16.

Nimirum hæc est via et methodus, quâ utitur Dei providentia, ut eos quos vult exaltare et glorificare, prius humiliet, vilesque et ignobiles efficiat. Qui ergo id ipsum in se experitur, spe certâ meliorum erigat animum, sciatque se esse in rectâ viâ, quâ Deus suos deducit ad sublimitatem et gloriam; quia, ut ait Sapiens, *gloriam præcedit humilitas.* Et: *Domini primò mortificat, et deinde vivificat; primò deducit ad inferos, et deinde reducit.* 1 Reg. 2, v. 6.

Allegor., hic fons in solem conversus similitudine fons solis, de quo Josue, ad litteram significans Estherem, mysticè representat B. Virginem quæ Apoc. 12, 1, vocatur mulier amicta sole. Unde S. Fulgent. serm. de Laud. Virg.: « Facta, inquit, Maria fenestra cœli, quia per ipsam Deus verum fudit seculi lucem. » B. Damascenus Orat. 1 de Nativ. Virg., vocat eam *portam vite, fontem lucis*, quo nomine eam vocat complures alii. Epiphanius serm. de Laud. Virginis, his verbis: « O Virgo sancta, lucis æternæ mater; lucis, inquam, quæ in cœlis illuminat copias angelorum; lucis, quæ illuminat ipsorum Seraphim incomprehensum oculum; lucis, quæ illuminat solem splendens facibus lucis, quæ in fine terre illuminat ad credendum Trinitati; lucis, quæ dixit: *Ego sum lux mundi*; lucis, quæ dixit: *Ego lux in mundum veni*; lucis, quæ assumpta est et illuminavit cœta quæ sunt in cœlis et in terrâ; » et iterum: « O utrum habentem inextinguibile lumen septies lucentis gratiæ! » Chrysippus, Oratione ad Deiparam: « Ave, inquit, fons lucis, omnem hominem illuminans; ave, solis ortus, qui nullum ferre potest occasum. » Hlephoasus, serm. 1 de Assumptione: « Maria, inquit, secundum verbum Hebraicum interpretatur *stella maris*; mare præsens seculum est, stella autem B. Virgo Maria, de qua ortus est ille, per quem illuminatur omnis mundus. Illic scribitur accedite ad laudem Virginis, et illuminamini, quoniam ipsa est, per quam vera lux in mari hujus seculi refluxit. » Ecclesia in Missâ in Prælatione de B. Virgine, hæc eadem metaphorâ utitur illis verbis: *Quæ Virginitatis gloria permanente, lumen æternum mundo effudit, Jesum Christum Dominum nostrum.* Ephreus sermone de Laudibus Virginis: « Ave, inquit, stella fulgidissima, ex quâ Christus processit; ave, per quam clarissimus Sol justitiæ nobis illuxit; » et iterum, Virginem Luciferam appellat; æquæ ac Cyrillus, l. 1 de rectâ Fide ad reginas: « Maria, ait, vita genitrix, Mater pulchritudinis, maximipara Luciferi. » (Corn. à Lap.)

(1) VERS. 7. — Idem Achmetes: « *ὁ θεὸς καὶ ὁ αὐτὸς ἐκ τῆς ἀνάλογου ἀποκρίσεως, serpentes generatim ad inimicos referuntur.* » (Grotius.)

Draco jam ab antiquo hieroglyphicum symbolum est tum regum, tum militiæ præfecorum, teste Pierio. Et nominatum inter Persas, ferociore et instructiore milites draconum nomine appellatur; ut ait Lucianus. Quæ in Amanem et Mardocheum optime quadrant. (Tirinus.)

dam, alter ad perdendam gentem Hebræorum; ambo tremendos sibilos per nuntios toto Artaxerxis regno dimissos, ediderant.

VERS. 8. — GENTES QUÆ CONVENIANT. Vide sequenti cap. num. 7.

VERS. 9. — SIGNA MAGNA ATQUE PORTENTA (1); admirabilem catastrophem eversivis Aman et exaltationis Mardochei (2).

VERS. 11. — VENITQUE UTRAQUE SORS IN STATUM, etc. In græco est: *Et venerunt duæ sortes hæc ad horam et tempus, et ad diem judicii coram Deo et omnibus gentibus* (5). Sententia est: duplicis generis sortes ab æterno constituit Deus, unas Hebræorum, alteras Amâni et suorum; hæc sortes in eandem incurrerunt diem lætum et fastum Judæis infelicem et funestum eorum inimicis, eo enim die cruciati sunt (4).

(1) *Τὰ σημεῖα καὶ τὰ τέρατα τὰ μεγάλα.* Sic vocantur non tantum quæ rerum naturam immutant, sed et ea quæ subitam atque miram habent rerum *μεταστάσιν, circumvolutionem.* (Grotius.)

(2) VERS. 10. — DUAS SORTES ESSE PRÆCEDIT, UNAM POPULI DEI, ET ALITERAM CUNCTARUM GENTIUM. Græcæ editiones inter se non omnino congrunt; ferunt enim quædam: *Duæ istæ venerunt in conspectum judicii Dei ad horam, tempus, et diem*, quo implende erant coram omnibus gentibus. Alius codex legit: *Et duæ sortes acceptæ sunt ad tempus, horam et diem dominationis omnipotentis in universas gentes.* Quasi scilicet hora et tempus, quæ sortes et futuros casus dirigunt, ad varios deos pertinerent, quorum singuli suos haberent distinctos dies et temporis articulos; Deo autem Israelis contigisse, ut die, quæ res accedit, imperaret. Absurdum hanc sententiam minime omnium tribu interpreti Græco, ex quo additamentum libri Estheris tenemus; quem si ex proprio sensu hanc sententiam secutum quis velit, statim in hæc res abjicere ac reprobare non dubitabimus. Gemine hæc sortes non obscure spectant sortes Pharim ab Amâno missas. (Calmet.)

Subest hic allusio ad factum Amâni, unde dies Pharim nomen accepit, Esther 5, 7; sicut Aman fecit sortes, ita Deus sortes duas habet dispositas, exiliî pro gentibus aliis, salutis pro Judæis; sed eas suis temporibus dispensat. Non dissimile illud Homeri: *Ex auro lances suspendit Juppiter ambas; Illic erat Xacido, mortem huic illic ferentes, Hæc Iphigenei; Hectoris devertunt pondera fati.* (Grotius.)

(3) Quidam ita reddunt: *In statum esse illo jam tempore diem; sed ego malo certum ac constitutum tempus intelligi*, quo Dominus judicium editurus erat, in quo salutum populi suicum exitio hostium conjungeret. (Vatablus.)

(4) VERS. 12. — MISERTUS EST HEREDITATIS SUÆ. Græcus ad litteram: *Justitiam fecit populo suo*; vel: *Justificavit hereditatem suam.* Græci interpretes Justitiam pro misericordiâ usurpare solent. Utraque interpretatio valet. Rationem habuit justitiæ et innocentie populi sui, ejusque misertus est. (Calmet.) Quidam vertunt: *Et misertus est hereditatis suæ.* Sed verbum Græcum hoc loco usages pro *asserere* et *vindicare* accipiendum vi-

detur; aut etiam pro *probare*: quâ significatione verbum *justificare* in Scripturâ accipitur: ut ita Deus Israelium suum populum esse atque hereditatem declarârit, neque ab hostibus deleri passus fuerit. (Vatablus.)

Dieu avait-il oublié son peuple, et pouvait-il bien ne plus se souvenir de ceux qu'il avait choisis pour être son héritage? Comment donc est-il dit ici que le Seigneur se ressouvint de son peuple, comme s'il l'avait effectivement oublié? Celui en la présence duquel tous les temps passés, le temps présent, et tous les temps à venir sont comme un instant, ne peut sans doute rien oublier; et il est absolument impossible que quelque chose se déroboit à sa connaissance. Mais il y a deux sortes de connaissances en Dieu: l'une par laquelle, étant un être infini, il comprend généralement toute chose; et l'autre par laquelle, étant rempli de bonté, de vérité et de justice, il reconnaît pour ses serviteurs ceux qui participent en quelque degré à cette bonté, à cette justice et à cette vérité qui fait son essence divine. Selon la première de ces deux connaissances, il n'avait pas oublié son peuple, puisque, dans l'oppression même que souffraient les Juifs, c'étoit Dieu qui appesantissoit sa main sur eux pour les châtier de leurs crimes, et qui par là leur faisoit connaître qu'il s'en souvenait, afin de venger leur ingratitude.

Mais, selon l'autre connaissance dont nous venons de parler, il est vrai de dire que Dieu avait oublié Israël, et qu'il ne le connaissait plus pour son peuple, parce qu'Israël avait lui-même oublié le Seigneur, et qu'il ne le connaissait plus pour son Dieu. Ainsi ce peuple ayant été emmené captif dans un royaume étranger en punition de ces crimes, comme on l'avait vu dans le quatrième livre des Rois, il sembla effectivement que Dieu l'avait oublié, le laissant gêner sous une dure captivité. Mais lorsqu'un péril pressant, et que la vue de la mort à laquelle ils étoient tous condamnés, les engagea à avoir recours aux Juifs, aux prières et aux larmes, comme aux seuls moyens qui leur restaient pour sauver leur vie; Dieu se souvint d'eux, parce qu'eux-mêmes se souvinrent de leur Dieu; et il fut touché de compassion pour son héritage, parce que ce même héritage le reconnoît pour son maître, et n'espère plus qu'en lui seul.

Ainsi il est admirable de voir la conduite du Seigneur envers son peuple. Il pouvoit sembler aux païens qu'il avait abandonné entièrement Israël, lorsqu'il permit que le roi des Perses, sollicité par Aman, condamnat tout ce grand peuple à la mort; mais c'étoit au contraire parce qu'il ne l'avait pas abandonné, qu'il permit qu'on publiât cet arrêt contre eux. Car il vouloit les toucher salutairement par cette frayeur de la mort, et les obliger de recourir à leur Dieu qu'ils paraissoient avoir oublié, afin que, se réveillant de cet assoupissement où ils étoient, ils méritassent d'obtenir sa miséricorde, et de ressentir les effets de sa divine protection. (Sacy.)

VERS. 15. — IN MENSE ADAR QUARTA DECIMA, ET QUINTA DECIMA DIE EUSDEM MENSIS. Quæ Μαχδοχουὶν ἡμέρα, dies Mardochei, 2 Machabæorum 15, 37, vulgò dies 13^{es}, id est Soritum, olim etiam Amanæ, ut dicimus ad Esth. 3, 7. Discimus autem et hinc et ex Machabæâ historid, præter festos dies à Deo institutos, aliquos potuisse institui à populo. (Grotius.)

4. Anno quarto, regnantibus Ptolemeo et Cleopatra, attulerunt Dositheus, qui se sacerdotem et levitici generis ferebat, et Ptolemeus filius ejus, hanc epistolam phurim, quam dixerunt interpretatum esse Lysimachum Ptolemæi filium in Jerusalem.

Hoc quoque principium erat in editione vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud ullum fertur interpretum.

2. Anno secundo, regnante Artaxerxe maximo, primâ die mensis nisan, vidit somnium Mardocheus filius Jaira, filii Semæi, filii Cis, de tribu Benjamin.

3. Homo Judæus, qui habitabat in urbe Susis, vir magnus, et inter primos aulae regie.

4. Erat autem de eo numero captivorum, quos transfulerat Nabuchodonosor rex Babilonis de Jerusalem cum Jeconia regno Juda :

5. Et hoc ejus somnium fuit : Apparuerunt voces, et tumultus, et tonitrua, et terra motus, et conturbatio super terram :

6. Et ecce duo dracones magni, parati que contra se in prælium.

7. Ad quorum clamorem eunctæ concitatae sunt nationes, ut pugnarent contra gentem justorum.

8. Fuitque dies illa tenebrarum et discriminis, tribulationis et angustiae, et ingens formido super terram.

9. Conturbatioque est gens justorum timementium mala sua, et preparata ad mortem.

10. Clamaveruntque ad Deum : et illis vociferantibus, fons parvus crevit in fluvium maximum, et in aquas plurimas redundavit.

11. Lux et sol ortus est, et humiles exaltati sunt, et devoraverunt inelytos.

12. Quod cum vidisset Mardocheus, et surrexisset de strato, cogitabat quid Deus facere vellet, et fixum habebat in animo, scire cupiens quid significaret somnium.

1. La quatrième année du règne de Ptolemée Philometor et de Cleopâtre son épouse, tous deux très-affectionnés aux Juifs, Dositheé, qui se disait prêtre et de la race de Lévi, et Ptolemée, son fils, apportèrent à Alexandrie cette épître de phurim, qu'ils disaient avoir été traduite dans Jérusalem par Lysimaque, fils de Ptolemée.

(Ce qui suit, jusqu'à un verset 6 du chapitre 12, fait le commencement de ce livre dans l'édition vulgata, mais il ne se trouve point dans l'hébreu, ni dans aucun autre interprète.)

2. La seconde année du règne du très grand Artaxerxès, nommé aussi Assuérus, le premier jour du mois de nisan, Mardocheé, fils de Jaira, fils de Séméi, fils de Cis, de la tribu de Benjamin, eut une vision en songe.

3. C'était un Juif qui demeurait dans la ville de Suse, et qui dans la suite devint un homme puissant, et dès premiers de la cour du roi.

4. Il était du nombre des captifs que Nabuchodonosor, roi de Babylone, avait transférés de Jérusalem avec Jeconias, roi de Juda.

5. Voici la vision qu'il eut en songe. Il lui sembla qu'il entendait des voix, de grands bruits et des tonnerres, et que la terre tremblait et était dans de grands troubles.

6. Et en même temps, il vit paraître deux grands dragons prêts à combattre l'un contre l'autre.

7. Toutes les nations s'émurent aux cris qu'ils jetèrent, et elles se disposèrent à combattre contre la nation des justes.

8. Ce jour fut un jour de ténèbres, de périls, d'affliction, d'angoisses, et d'une grande épouvante sur la terre.

9. La nation des justes, dans la crainte des maux qui lui étaient préparés, était dans un étrange trouble, se regardant comme destinée à la mort.

10. Ils poussèrent leurs cris vers Dieu ; et au bruit de ces cris, une petite fontaine devint un grand fleuve, et répandit une grande abondance d'eaux.

11. La lumière parut, et le soleil se leva ; et ceux qui étaient dans l'humiliation furent élevés, et ils devorèrent ceux qui paraissaient tout-puissants.

12. Mardocheé ayant eu cette vision en songe, et étant sorti du lit, pensait en lui-même à ce que Dieu voulait faire. Cette vision lui demeura fortement imprimée dans l'esprit, ayant grande envie de savoir ce que ce songe lui pouvait marquer.

VERS. 7. — ANNO QUARTO (1), etc. Initium hujus capituli hoc versiculo comprehensum, ex graeco desumptum est.

PTOLEMEO. Pererius lib. 45 in Danielen in catalogo regum Persarum putat hunc fuisse Ptolemæum Philometorem Ægypti regem, sextum ab Alexandro Magno.

HANC EPISTOLAM PHURIM. Fortasse intelligit totum librum Esther, qui ad Judæos per modum epistolæ missus est.

VERS. 2. — ANNO SECUNDO (2) regni Artaxerxis.

(1) REGNANTIBUS PTOLEMO ET CLEOPATRA, in Ægypto. Illo enim ævo à primo Ptolemæo Lagi rege Ægypti ceteri omnes vocati sunt Ptolemæi, regibus verò Cleopatræ. Hic Ptolemæus (qui is, qui cognominatus est Philometor, sextus ab Alexandro magno) ac Judæis impense favit, imò omne regnum gubernandum commisit, ac duces mille sui constituit Oniam et Dositheum Judæos, testè Josepho l. 2 contra Apionem. Incertum est an hic Dositheus sit idem cum Dositheo sacerdote, qui epistolam Phurim, id est, Sortium, à Mardocheo Hebr. scriptam, et à Lysimacho filii Græcum conversam, tulit in Jerusalem, ut hic dicitur. Porro hic versus non est Mardochei, nec additus à Sept. : hi enim vixerunt ante Philometorem sub Ptolemæo Philadelpho, sed ab aliquo posteriore scribâ hagiographo historie causâ interjectus.

(Corn. à Lap.)

(2) Hic incipit epistola Mardochei, quæ scripta fuit anno secundo Artaxerxis, id est Darii Hystaspis imperantis in Persiæ. Artaxerxes enim erat communis nomen regum Persarum, sicut Assuérus Medorum, ut dixi. Erat enim idem annus, quo Darius revocavit Judæis facultatem resumendi fabricam templi, quam inchoarat Cyrus, sed inhibuerat ejus filius Cambyses, ut patet 1 Esdræ c. 4 et 6.

(Corn. à Lap.)

Somnium Mardochei incidit in annum secundum Asseri, alio nomine Artaxerxis, vel Darii Hystaspis, anno ante celeberrimum hujus regis convivium, quo tempore Mardocheus et Esther nihil cogitabant nisi quam de totius gentis discrimine et dignitate, ad quam tunc deinde eveni fuerunt. Nomen maximi, vel etiam maximi regis addi solebat regibus Persarum ; qui et illud sibi vindicabant in edictis et inscriptionibus.

(Calmet.)

Narrat Scriptura hic somnium à Mardocheo visum anno secundo, regnante Artaxerxe rege maximo, seu ut Græci habent, tantum in positivo (magno). Verum cum tunc nondum detexisset Mardocheus insidias duorum eunuchorum, quæritur quomodo hic dicatur vir magnus, et inter primos aulae regie, cum nonnisi diu post à rege jussus sit honorari ? Etenim de insidiis eunuchorum et aliis primis narratur capite sequenti. Respondeo, per prolepsim, seu anticipationem, illum hic vocari magnum et honoratum, ut qui postea talis fuerit, quod non rarum est in Scripturâ. Aut etiam quod dicatur vir magnus, et inter primos aulae regie, quia erat minister regius, seu atrium regis cum aliis observans. Sic enim accipi hic nomen aulae regie omnino apparet ex his quæ cap. seq. narratur.

(Estius.)

PATRIS JAIRI, etc. Vide dicta supra, cap. 2, num. 5 (1).

VERS. 4. — DE NUMERO CAPTIVORUM (2), etc. Vide dicta ibid. n. 6.

Dieu, qui avait résolu de se servir de Mardochee pour faire les grandes choses que nous avons vues, le disposait à cela par des voies communes, et permettait qu'il s'engageât à la cour, et que cet engagement lui procurât le moyen de rendre au roi un service très-considérable, afin qu'il s'ouvrit par là une voie pour devenir dans la suite comme le sauveur de tout son peuple. Ce qu'on voit très-clairement, c'est qu'à la cour même d'un prince idolâtre, duquel il était captif, comme tous les Juifs, il se conserva toujours dans la sainte liberté des vrais serviteurs de Dieu, qui regardent leur divin Maître dans la personne des rois, et qui n'envisagent principalement que ses intérêts et sa gloire, au milieu de tout l'éclat d'une cour qui sert ordinairement à en éblouir tant d'autres. Ainsi il est important de considérer Mardochee dans ce poste si dangereux, non pas tant comme un officier du roi, que comme un ministre du Seigneur, établi par sa providence pour veiller à la conservation d'Israël, et remplir de son esprit pour se conserver lui-même contre la corruption de l'esprit du siècle. Il était dans cette disposition d'un cœur docile qui se laisse conduire à Dieu, et qui écoute humblement ce qu'il lui plaît de lui ordonner, lorsque le Seigneur l'avertit en songe de ce qui devait arriver ensuite, et le y guida à un grand combat, par la vision qu'il lui eut, selon qu'elle est rapportée dans ce chapitre. (Sacy.)

(1) VERS. 5. — VIR MAGNUS, ET INTER PRIMOS AULÆ REGIÆ. In sublime dignitatis nonnisi post hoc somnium venit. Per prolepsim hoc dicitur. Veteris Vulgatae manuscriptum : Homo magnus virans in aula regis ; et hæc visto quod in nostris codicibus legitur.

(Calmet.)

(2) ERAT CAPTIVITATE QUAM CAPTIVERAT Nabuchodonosor. Quæ verba Græci textus non tam significant eum in sua personâ captivum fuisse abductum cum iis qui tempore Jeconia translati sunt, quam eum fuisse de illo populo qui eo tempore fuit abductus in captivitatem. Nam totus ille populus vocatur captivitas. Unde et Cyrus et Darius dicuntur captivitatem remississe in Judæam, cum tamen jam post annos septuaginta captivitas potestissimè essent, qui in propria personâ fuissent captivi abducti ; sed selicet in suis majoribus, ex iisdem in captivitate nati. (Estius.)

VERS. 5. — ET HOC EUS SOMNIUM FUIT : APPARUERUNT VOCES, ET TUMULTUS, ET TONITRA, ET TERRÆ MOTUS, ET CONTURBATIO SUPER TERRAM. Hæc omnia significabant tumultus et conturbationes, quæ Aman excitavit contra Judæos per edictum jubens omnes occidi. Erant enim multa centena Judæorum milia, qui omnes erant necandi cum uxoris, filiabus et ancillis. Cogita quanta in eis fuerit consternatio, tumultus et comploratio.

VERS. 6. — PARATIOQUE CONTRA SE IN PRÆLIUM. Græcè : Processerunt præliari utrique, nihilnim Mardocheus contra Aman. (Corn. à Lap.)

VERS. 7. — UT PUGNARENT CONTRA GENTEM JUSTORUM, puta contra Judæos, qui erant populus fidelis Dei cuius dicitur. (Corn. à Lap.)

Universe per imperium Assueri gentes,

VERS. 8. — DISCRIMINIS, periculi.

VERS. 9. — GENS JUSTORUM, Judæi.

VERS. 10. — FONS PARVUS, etc. Vide dicta cap. 10, num. 6.

VERS. 11. — LUX ET SOL, etc. (1). Reddita Judæis serenitas post concitatum ab Aman turbinem.

Amano consentientes, in perniciem gentis Judæicæ conspirarunt. Græcus: Cuncta nationes præpararunt se ad pugnam, ad impugnamdam gentem justorum. Veteris Vulgatæ manuscriptum fert, utrumque draconem processisse ad certamen, ac graviter conflixisse, perque diem tenebrosam et malignam dominatos. P'remitum ingentem editum à terræ habitatoribus, unoquoque draconum clamores metuente. Statim vero fontem profluisse, etc. (Calmet.)

(1) VERS. 11. — LUX ET SOL ORTUS EST: ET HUMILES (Judæi) EXALTATI SUNT, ET DEVORAVERTINT INGLYDOS, nimirum Aman cum ejus assessoribus, ceterisque sibi adversantibus.

Fons parvus fuit Esther cum suis Judæis, quæ primò vilis et exilis crevit in fluvium, imò in lucem et solem conversa est, cum electa regina Mardocheum et Judæos exultit, ut de Aman et hostibus suis eos maectando triumpharent. Alludit ad fonticulos, qui in profundis locis, et puteis et antris, modicè exiliunt, idèquæ obscuri sunt et tenebrosi; sed dum affluxu vicinarum aquarum crescut, fiunt limpidi et lucidi, juxta illud:

Fons erat illimis nitidus argenteus undis: imò fiunt fulgidi instar solis, præsertim dum radiis solis ita verberantur, ut sol in eis vel fidem vel seipsam exprimat, ut fit in pærelo, quando sol in nubibus aqueis rarefactis transparens alium quasi solem in eis spectandum exhibet. Simili enim modo Esther, post adeptum regnum, majestate et gloriâ reinit quasi sol. Vide dicta cap. præced. vers. 7.

(Corn. à Lap.)

DEVORAVERTINT INGLYDOS. Quidam superbos CAPUT XII.

1. Morabatur autem eo tempore in aula regis cum Bagatha et Thara eunuchis regis, qui janitores erant palatii.

2. Cùmque intellexisset cogitationes eorum, et curas diligentius pervidisset, didicit quòd conarentur in regem Artaxerxem manus mittere, et nuntiavit super eo regi.

3. Qui de utroque habitâ questione, confessos jussit duci ad mortem.

4. Rex autem quod gestum erat scripsit in commentariis; sed et Mardocheus rei memoriam litteris tradidit.

5. Præcepitque ei rex, ut in aula palatii moraretur, datis ei pro delatione muneribus.

6. Aman verò filius Amadathi Bugæus erat gloriosissimus coram rege, et voluit nocere Mardocheo et populo ejus, pro duobus eunuchis regis qui fuerant intercepti.

INCLITOS, qui priùs inclyti erant, Amanum cum suis.

VERS. 12. — SCIRE CUPIENS QUID SIGNIFICARET SÖNNIUM (1), quod à Deo missum, et mysterio et significatione non carere intelligebat.

vertunt, nec malè, si ad sensum referas. Sed proprie dicuntur qui gloriâ excellunt, ut hujusmodi homines significat eis qui humiles erant atque obscuri, obscuratos atque extinctos. (Vatablus.)

(1) VERS. 12. — COGITATAT QUID DEUS FACERE VELLE, ET FIXUM HABEBAT IN ANIMO (investigare, et scrutari somnii significationem), SCIRE CUPIENS QUID SIGNIFICARET SÖNNIUM. Hinc patet Mardocheum cum primò vidisset somnium, ejus significationem non intellexisse, sed sensum ex rerum eventu, et Dei instinctu cum cognovisset. Sentiebat tamen in genere sibi à Deo inspirari, aliquid magni in favorem Judæorum eo significari. Unde Josippus filius Gorionis, lib. 2: Cùm Aman, ait, Mardocheo tam infensus esset, ait ad suam Esther, impletur somnium quod narravi tibi in diebus juventutis tuae. (Corn. à Lap.)

Somnia quædam ita mentem afficiunt, ut cadere nullo conatu possint. Secreta quædam conscientiâ sentimus, gravis aliquid illis inesse. Et cum à Deo mittuntur, ut in re presenti, fas est studium aliquid in his investigandis collocare, mentem adhibere ad rei exitum, et legitimis conjecturas pronare, rerum eventu collatum cum his quæ per quietem menti observata sunt, vel interrogato vero propheta, si ad manum est, et pro genuino cognoscitur, ut feresemper in Israël. Græcus fert hic Mardocheum somnii imagine occupatum, in omni verbo, noluisse exposcere hoc usque ad noctem. Veteris Vulgatæ manuscriptum legit: Hæc visio implicita erat in sensu suo, donec revelata fuit. Sensus erat quodammodo obvolutus et implicitus, donec resolutus fuit Mardocheo. (Calmet.)

CHAPITRE XII.

1. Mardochee était alors à la cour du roi Assuérus, avec Bagatha et Thara, eunuques du roi, qui étaient les gardes de la porte du palais:

2. Et ayant eu connaissance de leurs desseins, et reconnu par une exacte recherche ce qu'ils machinaient, il découvrit qu'ils allaient entreprendre sur la vie du roi Artaxerxès; et il en donna avis au roi.

3. Le roi commanda qu'on leur fit leur procès; et après qu'ils eurent confessé leur crime; il les fit mener au supplice.

4. Le roi fit écrire en des mémoires ce qui s'était passé alors: et Mardochee le mit aussi par écrit, pour en conserver la mémoire.

5. Le roi lui commanda de demeurer dans son palais, et il lui fit des présents pour l'avis qu'il lui avait donné. Ces présents furent si peu de chose qu'ils ne furent point écrits dans les mémoires du roi.

6. Mais Aman, fils d'Amadath Bugée, avait été élevé par le roi en grande gloire; et il voulait perdre Mardochee et son peuple, à

Hucusque proceum. Quæ sequuntur, in eo loco posita erant, ubi scriptum est in volumine:

Et diriperunt bona, vel substantias eorum.

Quæ in sold vulgatâ editione reperimus.

Epistolæ autem hoc exemplar fuit.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — MORABATUR (1), Mardocheus.

VERS. 2. — NUNTIAVIT REGI (2). Per Esther reginam, ut habemus supra, cap. 2, 22 (3).

VERS. 4. — Scripsit (4). Per scribas, et librarios suos.

VERS. 5. — DATIS ET MUNERIBUS (5). Post-

(1) VERS. 1. — MORABATUR EO TEMPORE IN AULA REGIS, CUM BAGATHA ET THARA. Ex quo Esther regias aedes ingressa est, Mardocheus à regis non recedebat, eo frequenter veniens, ut de regis incolumitate certior fieret. Historiam hanc jam superius, 2, 21, attigimus. Videtur autem Mardocheus, post hanc rem, munus in aula gessisse, ut unus esset è custodiis fori. Vide v. 3: Præcepti ei rex, ut in aula palatii moraretur; et confer cum capite 7, 5, 4, 5. Verba hæc: Eo tempore, non ita accipienda sunt, quasi spandum conjurato eodem simul tempore contigerit, quò somnium Mardochei, narratum capite præcedenti, et anno secundo Artaxerxis adscriptum; conjurationis enim annus cum septimo ejusdem principis congruit. (Calmet.)

MORABATUR, ἠσπάζει ἐν τῷ αὐτοῦ, quiescebat, vel diversabatur in aula, ut minister aulicus. (Vatablus.)

(2) VERS. 2. — Τὸν λογιζόμενος καὶ τὰς ψυχὰς, cogitationes et curas, i. e., nefaria eorum consilia, anxie suscepta atque agitata de rege inferendæ.

ESQUE AD REGEM DETULIT, et indicavit regi de ipsis, hæc conjuratio detecta fuit anno septimo Assueri, sup. 2, 46, 21. (Vatablus.)

(3) VERS. 3. — DE UTROQUE HABITÂ QUESTIONE, CONFESSOS JUSSIT DUCI AD MORTEM. Legimus in Græco, questionem de reis habitum fuisse, et confitentis appensus fuisse. Hebræus capitis secundum de questione nihil habet: fert autem tantummodo, re exploratâ et exploratâ utrumque reum in patibulum actos fuisse. (Calmet.)

Ἐπίστατον τῶν δῶν ἐπέστειλε, an hos eunuchos torserit atque cruciavit, ut confessionem suscepti sceleris ab illis exprimeret. Hoc enim significat ἔπεστειλεν, hoc loco. Ἀπέστειλεν, suspensum fuerunt; à verbo ἀπέστειλεν, quod suffocari strangularique significat, lapneque vitam finire; quò genere supplicii illi adieciuntur qui suspensi suffocantur. (Vatablus.)

(4) Καὶ ἐπέστειλε τὸν λόγον τοῦτο εἰς τὸν βιβλίον, et scripsit sermones hos in commentario, i. e., in eo libro in quem acta publica referebantur: ita enim dicitur ἀπέστειλεν, an βιβλίον, commentarius, memorie causâ comparatus: λόγον autem, sive sermonem, Hebræis pro rebus accipiuntur. (Vatablus.)

(5) Munera hæc quamquam quid fuerint ignotatur, munuscula tamen fuisse ex eo

cause qu'il avait découvert la conspiration de ces deux eunuques qu'il aimait, et qui avaient été tués en punition de leur crime.

(Jusqu'ici l'avant-propos. Ce qui suit doit mis à l'endroit du livre où est écrit;)

Et ils pillèrent leurs biens ou leurs richesses.

(Ce que nous avons trouvé dans la seule édition vulgata.)

Or la teneur de la lettre qu'Aman écrivit contre les Juifs était telle.

quàm Esther ad regnum evecta est, et ipse secundus à Rege constitutus.

VERS. 6. — BUGÆUS (1). In Billis regis habetur, Ugaus idem verò videatur esse, quod Agagæus; nam, ut supra, cap. 3, num. 1, dicitur, fuit de stirpe Agag.

constat, quòd in commentariis relata non fuerint. (Calmet.)

(1) VERS. 6. — AMAN VERO FILIUS AMADATHI BUGÆUS ERAT GLOBIOSISSIMUS CORAM REGE, ET VOLUIT NOCERE MARDOCHEO ET POPULO EJUS, PRO DUOBUS EUNUCHIS REGIS QUI FUERANT INTERFECTI... ET DIRIPERENT BONA, VEL SUBSTANTIAS EORUM, etc. Hæc una fuit causa aulæ Aman in Mardocheum. Nam juxta conspirationes videtur Aman fuisse concius, ut etiam particeps. Nam capite ultimo dicitur, quòd conatus fuerit regem regno privare et alius ducere: Nihilominus huic cause accedebat et alia dux: una, quòd Aman erat genere Amalæcæ, et profunde invisum habebat populum Israëliticum, ex causis allatis capite tertio, versu primo. Altera, quia Mardocheus Judæus recusabat ei deferre honorem, capite quænto. (Estius.)

Aman porro Bugæus vocatur pro Agagæus (ut est in Hebræo et Latino sup. c. 5, v. 1). Nam Græca subinde usurpat beth pro gamma, teste S. Hieron. Et causa cur ita hic fecerint Græci, fuisse videtur, quòd vellent alludere ad mores superbos Amanis; nam Bugæus significat magnam jactatorum, composito verbo ex βου, quod Græcis auxesio affert βου, quasi dicto, bonis magnitudine) et γα, id est, gloriæ, jactæ. VOLUIT NOCERE MARDOCHEO, ET POPULO EJUS, seu Judæis omnibus, ut dicitur capite tertio, versu sexto, pro duobus eunuchis. Quid his cum Aman commune fuerit, dixi in fine c. 2.

ET DIRIPERUNT BONA, VEL SUBSTANTIAS. S. Hieronymus monet, post ea verba scilicet, et bona eorum diriperunt, quæ sunt in capite 5, versu 13, collatam fuisse in Vulgatâ Græcorum, seu septuaginta Interpretum editione. Epistolam regis, quâ Judæi aut omnes die jugulari jubebantur, quæ Epistola hic capite sequenti recitatur. Et de facto eam ibidem positam videlicet in Græcis codicibus qui nunc existant Citi eandem Epistolam Josephus, quam ex septuaginta Interpretibus deprompsit, verbis quidem à nostrâ Vulgatâ nonnihil dissidentem, sed sensu concordantem. (Tirinus.)

BUGÆUS, ἐπιδοξος ἐπίστονος τῷ βασιλεῖ, inclitus coram rege; summo in honore atque gloriâ apud regem. Καὶ τὸν βιβλίον καταπέτασε Μαρδοχαίην διὰ τὸν λαόν διδοῦν, querebat malum inferre, aut dare Mardocheo jusque genti, id est, eundem illis mellebat, ut necem duorum eunuchorum ulcisceretur. (Vatablus.)

1. Rex maximus Artaxerxes ab India usque. Ethiopiam, centum viginti septem provinciarum principibus et ducibus, qui ejus imperio subjecti sunt, salutem.

2. Cum plurimis gentibus imperarem, et universum orbem meæ ditioni subjugassem, volui nequaquam abuti potentia magnitudine, sed clementiâ et lenitate gubernare subjectos, ut absque ullo terrore vitam silentio transigentes, optatâ cunctis mortalibus pace fruenterentur.

3. Quærentem autem me à consiliariis meis, quo modo posset hoc impleri, vitius qui sapientiâ et fide cæteros præcellerat, et erat post regem secundus, Aman nomine,

4. Indicavit mihi in toto orbe terrarum populum esse dispersum, qui novis uteretur legibus, et contra omnium gentium consuetudinem faciens, regum jussa contemneret, et universarum concordiam nationum suâ dissensione violaret.

5. Quod cum didicissemus, videntes unam gentem rebellem adversus omne hominum genus pervertisse uti legibus, nostrisque jussionibus contraire, et turbare subjectarum nobis provinciarum pacem atque concordiam,

6. Jussimus, ut quoscumque Aman, qui omnibus provinciis præpositus est, et seculdus à rege, et quem patris loco colimus, monstraverit, cum conjugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis, nullusque eorum misereatur, quartâ decimâ die duodecimi mensis adar anni præsentis :

7. Ut nefarii homines uno die ad inferos descendentes, reddant imperio nostro pacem, quam turbaverant.

Hucusque exemplar epistolæ. Quæ sequuntur, post eum locum scripta reperit, ubi legitur :

Pergensque Mardocheus, fecit omnia que ei mandaverat Esther.

Nec tamen habentur in Hebræo, et apud nullum penitus feruntur interpretum.

8. Mardocheus autem deprecatus est Dominum, memor omnium operum ejus,

9. Et dixit : Domine, Domine rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta sunt

(Ce qui suit jusqu'au verset 7, ne se trouve que dans l'édition vulgate, chapitre 5.)

1. Le grand roi Artaxerxes, qui règne depuis les Indes jusqu'en Ethiopie, aux cent vingt-sept provinces, aux princes et aux seigneurs soumis à son empire, salut.

2. Quoique je commandasse à tant de nations, et que j'eusse soumis tout l'univers à mon empire, je n'ai pas voulu abuser de la grandeur de ma puissance; mais j'ai gouverné mes sujets avec clémence et avec douceur, afin que passant leur vie doucement et sans aucune crainte, ils jouissent de la paix qui est si souhaitée de tous les hommes.

3. Et ayant demandé à ceux de mon conseil de quelle manière je pourrais accomplir ce dessein, l'un d'entre eux, nommé Aman, élevé par sa sagesse et par sa fidélité au-dessus des autres, et le second après le roi,

4. Nous a donné avis qu'il y a un peuple dispersé dans toute la terre, qui se conduit par de nouvelles lois, et qui, s'opposant aux coutumes des autres nations, méprise les commandements des rois, et trouble par la contrariété de ses sentiments, la paix et l'union de tous les peuples du monde.

5. Ce qu'ayant appris, et voyant qu'une seule nation se révolte contre toutes les autres, suit des lois injustes, combat nos ordonnances, et trouble la paix des provinces qui nous sont soumises,

6. Nous avons ordonné que tous ceux qui Aman, qui a l'intendance sur toutes les provinces, qui est le second après le roi, et que nous honorons comme notre père, aura fait voir être de ce peuple, soient tués par leurs ennemis, avec leurs femmes et leurs enfants, le quatorzième jour d'adar, douzième mois de cette année, sans que personne en ait aucune compassion,

7. Afin que ces scélérats, descendant tous en un même jour dans le tombeau, rendent à notre empire la paix qu'ils avaient troublée.

(Jusqu'à la teneur de la lettre. Ce qui suit, je l'ai trouvé écrit après l'endroit où on lit :)

Et Mardochee s'en allant, fit tout ce qu'Esther lui avait marqué.

(Toutefois il ne se trouve point dans l'hébreu, et on n'en voit rien non plus dans aucun des interprètes.)

(Ce qui suit, jusqu'à la fin du chapitre 13, ne se trouve que dans l'édition vulgate, chap. 5.)

8. Mardochee alla prier le Seigneur, se souvenant de toutes les œuvres merveilleuses qu'il avait faites :

9. Et il lui dit : Seigneur, Seigneur, roi tout puissant, toutes choses sont soumises à

posita, et non est qui possit tuæ resistere voluntati, si decreveris salvare Israël.

10. Tu fecisti cœlum et terram, et quidquid cœli ambitu continetur.

11. Dominus omnium es, nec est qui resistat majestati tuæ.

12. Cuncta nôsti, et scis quia non pro superbiâ et contumeliâ, et aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, ut non adorarem Aman superbissimum,

13. (Libenter enim pro salute Israël etiam vestigia pedum ejus deosculari paratus essem.)

14. Sed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, et ne quemquam adorarem, excepto Deo meo.

15. Et nunc, Domine, rex Deus Abraham, miserere populi, quia volunt nos inimici nostri perdere, et hæreditatem tuam delere.

16. Ne despicias partem tuam, quam redemisti tibi de Ægypto.

17. Exaudi deprecationem meam, et propitius esto sorti et funiculo tuo, et converte lucrum nostrum in gaudium, ut viventes laudemus nomen tuum, Domine, et ne claudas ora te cœcipientium.

18. Omnis quoque Israël pari mente et observatione clamavit ad Dominum, eò quòd eis certa mors impenderet.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2. — UNIVERSUM ORBEM (2); vel

(1) VERS. 4. — PRINCIPES, *ὀνόματι, præfectis locorum, ac præsidibus qui provinciis præerant, qui æquorâ etiam appellantur, id est, gubernatores provinciarum.* (Vatablus.)

(2) VERS. 2. — CLEMENTIA ET LENITATE GUBERNABIS, *ἐπιεικέστερον καὶ μετ' ἀμείνων διατάξω, clementiâ et cum lenitate ac mansuetudine tractans eos qui meo imperio subjecti sunt. Quibus verbis significat imperium, moderatum et non tyrannicum.*

QUIETUM AC QUIETUM, ita ut possint intè per totum regnum iter facere. (Vatablus.)

CUM PLURIMIS GENTIBUS IMPERAREM, ET CIVIVS UNIVERSUM ORBEM MEÆ DITIONI SUBJUGASSEM, etc.

Non propterea hæc appendix rejicienda est, quia hic dicitur Artaxerxem, seu Assnerum universum orbem suæ ditioni subjugassem, quem tamen constat, ne decimum quidem appendicis scripturæ sacrae sic habet : *fiæz verò Assnerus omnem terram et cunctas maris insulas fecit tributarias.* Utroque loco ergo locutio est hyperbolica, quia omne vel universum ponitur pro valde multo. Nec abhorret talis locutio à communi loquendi consuetudine. Vulgò enim dicitur totam civitatem concurrere ad aliquod spectaculum, si valde multi

voire pouvoir, et nul ne peut résister à votre volonté. *Si donc vous avez résolu de sauver Israël, vous le sauverez, très-aisément.*

10. Car vous avez fait le ciel et la terre, et toutes les créatures qui sont sous le ciel.

11. Et vous êtes le Seigneur de toutes choses; et nul ne peut résister à votre souveraine majesté.

12. Tout vous est connu; et vous savez que, quand je n'ai point adoré le superbe Aman, ce n'a été ni par orgueil, ni par mépris, ni par un secret désir de gloire;

13. Car j'aurais été disposé à baiser avec joie les traces mêmes de ses pieds, pour le salut d'Israël.

14. Mais j'ai eu peur de transférer à un homme l'honneur qui n'est dû qu'à mon Dieu, et d'adorer un autre que mon Dieu.

15. Maintenant donc, ô Seigneur roi des rois, ô Dieu d'Abraham, ayez pitié de votre peuple, parce que nos ennemis ont résolu de nous perdre, et d'exterminer votre héritage.

16. Ne méprisez pas ce peuple que vous vous êtes rendu propre, que vous avez racheté de l'Égypte pour être à vous.

17. Exaucez ma prière; soyez favorable à une nation dont vous avez fait votre partage. Changez, Seigneur, nos larmes en joie, afin que nous employions la vie que vous nous conservez à louer votre saint nom; et ne fermez pas la bouche de ceux qui vous louent.

18. Tout Israël cria au Seigneur, et lui adressa ses prières dans un même esprit, parce qu'ils se voyaient à la veille d'une mort certaine.

hyperbole, vel loquitur tantum de orbe Persico.

SILENTIO, quietè et pacatè.

VERS. 4. — POPULUM DISPERSUM (1), etc.,

concurrant; et totum mundum infestari bellis et seditionibus, cunctis tantum de Europâ, aut magnâ ejus parte loquantur. Sic dicitur Assuerus sibi subjugassem universum orbem, quia subjugarat magnam orbis partem, videlicet totum ferè Orientem, qui multas et magnas provincias complectitur. (Estius.)

VITAM SILENTIO (id est, quietè, sine turbis et tumultibus) TRANSGENTES, in pace et tranquillitate, ut habent Græci. (Corn. à Lap.)

(1) VERS. 4. — UNIVERSARUM CONCORDIAM NATIONUM SUÂ DISSENSIONE VIOLAREM, Græci : *Ad eò ut imperium nostrum, quod regere sine auxilio cœnarum, servare se non posset in pace nationibus suis causâ, à cæteris plânè sejuncta.* Josephus brevior est; ita enim pro versibus 4, 5, scribit : *Monuit nos, malam esse gentem, e quæ aliis plânè legibus regitur, quæ regibus e non parat, quæ à communibus aiarum gentium moribus abhorret, quæque monarchiam e odit, et res nostras minime amat.* (Calmet.)

Tic vocat archæos reges, non êvros, legibus contrarian apud omnem gentem, i. e., variis, dis-

explicata hæc sunt supra cap. 3. num. 8 (1).
VERS. 6. — QUARTEDECIMA DIE (2). At supra

sidentemque ab institutis ac moribus cætera-
rum omnium gentium. Hæc enim legum di-
screpantia vehementer gentes offendeat. *Ἡδὲ
τὸ μὴ κατατίθεσθαι ἀπέριστος συνέστασις, ἢ
non deducatur sine defectu principatus, vel potius,
sine offensione hominum et quærelli. Adverbum
enim est à verbo ἠδύεσσα, quod quæri signifi-
cat, at conquirit. Hinc ἀπέριστος καταδοθέντων,
quod ita est rectè constitutum, ut omni crimine
quærellæ careat.* (Vatablus.)

(1) VERS. 5. — Εἶνος ἐν ἀντιπαρονομασίᾳ
διαπεριεὶ ἀφάρτος κείνων, gentem in rebellionem
omni semper homini postam. Καὶ θύονον τοῖς
ἡμετέροις ἀπέριστος, malè affectam in res nostras,
de hisque malè sententem, malevolam. Huic no-
mini ἡ εἶνος, benevolus opponitur. (Vatablus.)

Græcus: Gens solitaria et separata, reliquo
hominum generi opposita, vitam legum peregrini-
nam permittens, et dissentiens nostris rebus, pes-
simæque consensum mala, et ut regnum nostram
pacem et constantiam non consuepat. (Calmet.)

(2) VERS. 6. — QUOSCUMQUE AMAN MONSTRA-
VERIT. Editionis Romane codices: Quoscumque
Aman monstraverit in litteris ad vos scriptis.
Editio cum animadversionibus Origenis:
Quoscumque Aman nobis monstraverit.

AMAN, qui OMNIBUS PROVINCIAS REPOSITUS
EST, ET SECUNDUS A REGE, ET QUEM PATRIS LOCO
COLUIT. Græcus: Aman præpositus in rebus,
et secundus nobis pater. Reges patris nomine
donabant viros ex subditis suis graves, quos
plurimi faciebant. Hiram rex Tyri patrem
appellavit artificem quemdam peritum, quem
mittebat ad Salomonem; ex quo intelligimus,
quanto olim studio viri in arte suâ eximiè
colerentur. Reges Persidis certum habebant
victorum numerum, quos necessarium nomine
distinguebant. Communis erat illis cum rege
diadematis super tharum usus; regem osculo
salutabant, id quod aequalium erat; cuidam
aderant convivio, quod ex necessitudine con-
viviarum appellabatur, quasi convivium fami-
liarium. Tres corporis Darii custodes, propo-
sitione problemate apud tertium librum Esdræ,
rogant regem, ut victorem titulo cognati
regis donaret: Cognatus Darii vocabitur.

QUARTA DECIMA DIE PROPRIO MENSIS ADAM.
Repugnare hæc videtur Hebræo, Chaldæo,
Syro et Vulgata, in capitulis 5, 12 et 8, 13,
et 9, 4, ferentibus, tertiâ decimâ die. Codices
tamén Græci cum Josepho constanter exhibent
quartam decimam. Statuendum est igitur,
manum eadè admovendam fuisse die decimâ
tertiâ, nec removendam nisi die decimâ
quartâ, et dididit in obvio quoscumque Ju-
deos se viendum. Nisi corruptum hic Græcum
textum maluerimus; nam, præter auctorita-
tem Hebræi, alterum Asserit edictum pro Ju-
deis, datum, narratumque capite 8 in Græco et
capite 16, in Latino, conceptis verbis exprimit.
die decimâ tertiâ ad Hebræorum adversarios
se se ad illos trucidandos comparasse. Congruunt
ea que leguntur capite 9, 4, in Græco, et in cæ-
teris textibus. In manuscripto veteris Vulgate
edictum hoc ita clauditur: *Et quicumque abdi-
derit aliquem de semine Judaorum domi sue, non
salvum inter homines, sed etiam int. volucres,
ignem commabitur, et omnia domus eius cum eo
cremabitur.* (Calmet.)

DELETERE QUARTA DECIMA DIE MENSIS BUDD-
CIMI REGI. Nam die jussi sunt inchoare cre-
dem, sed die 14 eandem pericere, uti sorte
communitâ fecisse Judeos patet cap. 9, 17;

dictum est, decimâ tertiâ, itemque infra cap.
16, num. 20. Fortassè hoc loco significatur,
ià Judeos occidendos esse 15 die, ut non li-
ceat ultra decimum quartum diem, cujusquam
illorum misereri. Ita Sallianus (1).

nil ergo hæc antilogia habet virium, ut suspec-
tam faciat auctoritatem et fidem horum ca-
pitum, ut voluit novantes. (Corn. à Lap.)

(1) VERS. 8. — MARDOCHEUS AUTEM DEPRECAT-
US EST DOMINUM. Porrò hæc orationem Mar-
dochai dicit S. Hieron. non haberi in Hebræo,
scilicet qui ipse utebatur exemplari: et apud
multum penitus interpretum reperiri, puta Sym-
machum, Aquilam, Theodotionem et similes.
Nam apud septuaginta Interpretes reperitum
fuisse, ipsemet hic affirmat, cum ait se eam
in Vulgata editione scriptam reperisse, ubi le-
gitur post finem c. 1. Atqui septuaginta Inter-
pretum versio est ex Hebræo, ut omnibus no-
tissimum est. Porrò hæc orationem Mardo-
chai jam ab antiquo legit Ecclesia in sacro
Missæ officio, feriâ quartâ Dominicæ 2 quadra-
gesimæ, et in Missa contra paganos, et Domi-
nicâ 21 post Pentecosten. Unde constat, etiam
hanc partem, ex decreto SS. concilii Tridentini,
pro sacris et canonicis, habendas esse, ut
dixi initio hujus libri. (Tirinus.)

Recitatur hoc versu oratio Mardochai, ante
quam S. Hier. ita præfatur: *Hæc non habentur
in Hebræo, scilicet illo breviario quo usus fuit
S. Hier., nec apud ullum feruntur interpretum,
nimirum Aquilam, Symmachum, Theodotio-
nem, quintam et sextam editionem, et similes.
Nam excipiendi sunt Sept., quia ex eis hæc
transiit S. Hier.; nam ante eum versu Sept.
erat vulgata, quâ utebatur Ecclesia; ex vulgata
autem hæc se translussisse fatetur S. Hier. in
Prolego c. 15.*

Porrò hæc oratio Mardochai pia est, ner-
vosa et ardens, quam proinde usurpat Ec-
clesia in Missâ feriâ quartâ post Domin. 2
Quadragesimæ, ex quo liquet illam, uti et cæ-
tera horum capitum esse Scripturam canoni-
cam juxta decretum concilii Trident. sess. 4.
(Corn. à Lap.)

Oratio hæc Mardochai revocanda est ad fi-
nem capituli 4: Mardochæo persuaserat Esther,
ut convocatis Judæis communes preces offer-
rent Deo, prosperum exitum imperatrici fa-
cerent, quod ipsa in salutem populi sui medi-
tatur; tunc igitur Mardochæus orationem
hanc instituit. In veteri Italica versione inser-
ritur hic oratio omnium Judæorum Susis ven-
tantium. Igitur Deum patrum suorum invo-
cantem inducuntur in hæc fermè sententiam;
Domine Deus, qui unus es in celo Deus, et
nemo est alius à te. Si nos sanctè paruisse
nobis legibus et præceptis tuis, vitam agere po-
tuissemus perpetuâ pace tranquillam: nunc
vero cum præcepta tua neglexerimus, grædia
hæc mala in caput nostrum provocavimus.
Justus es, pacificus, magnus, sublimis, Domi-
ne, et omnes via tue, judicia. Nunc, Domine,
libera filios tuos à captivitate, et uxores no-
stras ab injuriâ. Ne permittas exitum no-
strum, tu qui miseris es nostri in Ægypto.
Confirma super nos hodie misericordias tuas:
miserere hæreditatis tue, quam dilexisti
ignoscere nobis, neque tradas nos furori ad-
versariorum; ne patiaris nos ab illis oppri-
mi.

Adjicit eadem Vulgata, exemplum regi edic-
ti palam stitisse Susis urbe regâ, ut nemo
ignoraret, fuisse autem Susis Judæum homi-

VERS. 14. — HONOREM DEI TRASFERRE AD
HOMINEM (1). Ut enim diximus supra capite
tertio, divino cultu adorari volebat Aman.

VERS. 16. — PARTEM TUAM (2). Hebræam
gentem, quæ hæreditas tua, et peculum tuum
est.

nem, qui munus quoddam apud regem gerebat,
virum plurimè apud regem habitum è tribu Ben-
jamin, virum justum, ductum à Nabuchodonoso-
re captivum, cum Hierosolyma sub Jechoniâ
capta est. Hic, ut intellexit quid regis jussio
ferret, vestes suas scidit, etc. Tum fuse nar-
catur que instituta fuerit ratio, ut Esther pe-
riculum Judæorum doceretur. Denique recita-
tur oratio Mardochai, planè alia ab illa que
Vers. 15. — LIBENTER ENIM PRO SALUTE
ISRAEL ETIAM VESTIGIA PEDUM EIUS DEOSCULARI
PARATUS ESSEM; vestigia, vel proprie accipe,
quæ pedè pulveri vel terræ imprimuntur;
vel metonymicè ipsos pedes pedumque plan-
tas, quibus hæc vestigia terræ imprimuntur.
Unde Joasippus Gorionides habet: à Paratus
fuissem ligere calcæum, qui in ejus est pe-
dibus, et pulverem quem ipse calcasset. Et
Almidit ad illud Isaiæ 49, 25: *Vultu in terram
demisso adorabunt te, et pulverem pedum tuorum
lingent.* Et ad illud Ps. 71, 9: *Coram illo proci-
dent Æthiopes, et inimici ejus terram lingent.*
La Serarius et Sanchez, qui multis exemplis
ostendit vestigium sæpè sumi pro pede vesti-
gium imprimente terræ, id est, pro planta
pedis, que terram premit, et lutum sortisque
colligit; hæc enim osculari actus est summe
demonstratio et venerationis. (Corn. à Lap.)

Seigneur, Seigneur, Roi tout-puissant, toutes
choses sont soumises à votre pouvoir, et nul ne
peut résister à votre volonté, si vous avez résolu
de sauver Israël. Ce qui est de même que s'il lui
eût dit: Nous connaissons l'impuissance où est
votre peuple de se délivrer de ce péril; mais
nous connaissons aussi que vous êtes tout-
puissant pour le sauver. Nous savons qu'A-
man, l'ennemi des Juifs, s'est acquis un em-
pire absolu sur l'esprit du roi des Perses;
mais nous savons aussi que toute la puissance
de ce prince et tout le crédit de ce ministre
sont soumis à votre empire. Nous avons entendu
publier cette cruelle condamnation qui con-
damne tout Israël à la mort, et nous savons
que la volonté du roi, exprimée par cet édit,
est irrévocable selon les lois du royaume.
Mais nous sommes encore plus convaincus
que votre divine volonté s'exécute toujours
infailliblement; et que si vous avez résolu de

VERS. 17. — SORTI ET FUNICULO TUO (3).
hæreditati tue, populo tuo, quem ut pecu-
llum tuum foves et defendis. Notum est olim
solitos funiculos metiri fines camporum; hinc
funiculus accipitur pro portione hæreditatis,
et sorte que unicuique obvenit (4).

saucer Israël, il n'y a aucun édit, ni aucun
arrêt, quel que irrévocable qu'il puisse être,
qui ait la force de résister à votre volonté
tout-puissante.
Telle était la foi de cet humble serviteur
de Dieu au milieu du plus grand péril où il
pût jamais se trouver; et telle doit être aussi
l'humble et ferme confiance de tous les Chré-
tiens au milieu de tous les dangers et de tous
les ennemis de leur salut qui les environnent.
Ils ont sans doute de plus grands sujets d'être
dans la crainte, s'ils envisagent leur propre
faiblesse, la corruption du siècle qui les envi-
ronne, la force et la malice des démons. Mais
ils ont encore de plus grands sujets de se ras-
surer, s'ils regardent la miséricorde infinie
de Jésus-Christ, et la confiance toute divine
qu'il leur commande d'avoir en lui, après
qu'il est devenu victorieux de leurs ennemis,
lorsqu'il leur dit ces paroles si consolantes:
*Vous avez des afflictions dans le monde; mais
soyez pleins de confiance, parce que j'ai vaincu
le monde: c'est-à-dire je l'ai vaincu non pas
seulement pour moi, mais pour vous, afin que
vous soyez invincibles à toutes les tentations.*
(Sacy.)

(1) Volebat enim Aman adorari ut Deus.
(Corn. à Lap.)
Græcus addit: *Neque in superbis, neque in
glorie cupiditate fecit hoc. Sed potius: Id mun-
quam faciam capitatis et superbie hominis cu-
juscumque gratia.* (Calmet.)

(2) Scilicet hæreditariam, id est, populum
Israel, quem tibi in hæreditatem et peculum,
quasi probrum et pecuniarem ex omnibus
gentibus selegisti. (Corn. à Lap.)
(3) VERS. 17. — VIVENTES, id est, salvi, va-
lentes, prosperè agentes. (Vatablus.)
ET NE CLAUDAS (Græco, ne perdas, id est, ne
claudi et perdi simas) ORA TE CLAVENTUR. Sic
enim amplius tibi camere non poterint, ita-
que lans tua peribit et tibi et nobis.
(Corn. à Lap.)

(4) VERS. 18. — MAXIMA VI AD DOMINUM CLA-
MAVIT, *ἰσχυρὰν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, clamaverunt ex
viribus suis, i. e., summo animi studio et con-
tentione. In quo significatur maximus ardor
orationis.* (Vatablus.)

CAPUT XIV.

1. Esther quoque regina confugit ad
Dominum, pavens periculum quod immi-
nebat.

2. Cùmque deposuisset vestes regias,
stetit et luctui apta indumentis suscepit,
et pro unguentis variis, cinere et ster-
core implevit caput, et corpus suum hu-
miliavit jejuniis: omniaque loca, in qui-
bus antea lætari consueverat, crinium
laceratione complevit.

3. Et deprecabatur Dominum Deum
Israel, dicens: Domine mi, qui rex nostr

1. La reine Esther eut aussi recours au
Seigneur, éponantée de la péril qui était si
proche.

2. Et ayant quitté tous ses habits de reine,
elle en prit de conformes à son affliction et à
ses larmes; et au lieu de tous ses divers par-
fums, elle se couvrit la tête de cendres et
d'ordures; elle affligea son corps par les jeû-
nes; et s'attacha les cheveux, elle en rem-
plit tous les lieux où elle avait accoutumé de
se réjouir auparavant.

3. Elle fit ensuite cette prière au Seigneur
le Dieu d'Israël, et lui dit: Mon Seigneur, qui

CHAPITRE XIV.

1. La reine Esther eut aussi recours au
Seigneur, éponantée de la péril qui était si
proche.

2. Et ayant quitté tous ses habits de reine,
elle en prit de conformes à son affliction et à
ses larmes; et au lieu de tous ses divers par-
fums, elle se couvrit la tête de cendres et
d'ordures; elle affligea son corps par les jeû-
nes; et s'attacha les cheveux, elle en rem-
plit tous les lieux où elle avait accoutumé de
se réjouir auparavant.

3. Elle fit ensuite cette prière au Seigneur
le Dieu d'Israël, et lui dit: Mon Seigneur, qui

es solus, adjuva me solitariam, et ejus præter te nullus est auxiliator alius.

4. Periculum meum in manibus meis est.

5. Audivi à patre meo, quòd tu, Domine, tulisses Israel de cunctis gentibus, et patres nostros ex omnibus retrò majoribus suis, ut possideres hereditatem sempiternam, fecistis eis sicut locutus es.

6. Peccavimus in conspectu tuo, et idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum :

7. Colimus enim deos eorum. Justus es, Domine;

8. Et nunc non eis sufficit, quòd durissimà nos opprimunt servitute, sed robur manuum suarum, idolorum potentia deputantes,

9. Volunt tua mutare promissa, et delere hereditatem tuam, et claudere ora laudantium te, atque extinguere gloriam templi et altaris tui,

10. Ut aperiatur ora gentium, et laudent idolorum fortitudinem, et prædicent carnalem regem in sempiternum.

11. Ne tradas, Domine, sceptrum tuum his, qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram; sed converte consilium eorum super eos, et eum qui in nos cepit savire, disperde.

12. Memento, Domine, et ostende te nobis in tempore tribulationis nostræ, et da mihi fiduciam, Domine, rex deorum, et universæ potestatis.

13. Tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, et transfer cor illius in odium hostis nostri, ut et ipse pereat, et cæteri qui ei consentiunt.

14. Nos autem libera manu tuâ, et adjuva me, nullum aliud auxilium habentem, nisi te, Domine, qui habes omnium scientiam,

15. Et nòsi quia oderim gloriam iniquorum, et detester cubile incircumciso- rum, et omnis alienigene.

16. Tu scis necessitatem meam, quòd abominer signum superbiæ et gloria

êtes seul notre roi, assistez-moi dans l'abandon où je suis, puisque vous êtes le seul qui me puissiez secourir.

4. Le péril où je me trouve est présent et inévitable.

5. J'ai su de mon père, ô Seigneur, que vous aviez pris Israël d'entre toutes les nations, et que vous aviez choisi nos pères, en les séparant de tous leurs ancêtres qui les avaient devancés, pour vous établir parmi eux un héritage éternel; et vous leur avez fait tout le bien que vous leur aviez promis.

6. Nous avons péché devant vous, et c'est pour cela que vous nous avez livrés entre les mains de nos ennemis, comme nous l'avions mérité;

7. Car nous avons adoré leurs dieux. Vous êtes juste, Seigneur, de nous avoir rendu leurs esclaves.

8. Et maintenant ils ne se contentent pas de nous opprimer par une dure servitude; mais attribuant la force de leurs bras à la puissance de leurs idoles,

9. Ils veulent renverser vos promesses, exterminer votre héritage, fermer la bouche à ceux qui vous louent, et éteindre la gloire de votre temple et de votre autel,

10. Pour ouvrir la bouche des nations, pour faire louer la puissance de leurs idoles, et pour relever à jamais un roi de chair et de sang.

11. Seigneur, n'abandonnez pas votre sceptre à ceux qui ne sont rien, de peur qu'ils ne se rient de notre ruine; mais faites retomber sur eux leurs mauvais desseins, et perdez celui qui a commencé à nous faire ressentir les effets de sa cruauté.

12. Souvenez-vous de nous, Seigneur; montrez-vous à nous dans le temps de notre affliction; et donnez-moi de la fermeté et de l'assurance, ô Seigneur roi des dieux, et de toute puissance qui est dans le monde.

13. Mettez dans ma bouche des paroles sages et convenables, afin que je paraisse sans danger en la présence du roi, que la colère rend furieux comme un lion; et transférez son cœur, de l'affection qu'il a pour Aman, à la haine de cet homme qui est notre ennemi, afin qu'il périsse lui-même avec tous ceux qui conspirent avec lui.

14. Délivrez-nous par votre puissante main; et assistez-moi, Seigneur, vous qui êtes mon unique secours, vous qui connaissez toutes choses.

15. Et qui savez que je hais la gloire des injustes, et que je déteste le lit des incircumcises et de tout étranger.

16. Vous savez la nécessité où je me trouve, et qu'aux jours que je parais dans la magni-

meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, et detester illud quasi pannum menstruatae, et non portem in diebus silentii mei,

17. Et quòd non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit convivium regis, et non biberim vinum libaminum :

18. Et nunquam lætata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum usque in præsentem diem, nisi in te, Domine Deus Abraham.

19. Deus fortis super omnes, exaudi vocem eorum qui nullam aliam spem habent, et libera nos de manu inimicorum, et erue me à timore meo.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — PERICULUM MEUM IN MANIBUS MEIS EST (1). Vita mea periclitatur, et versatur in discrimine, ad eum modum quo ea quæ in manibus gestantur, atque ideò externæ directioni, et casibus obnoxia sunt. Sic David psalm. 118, num. 100, dicebat: *Anima mea in manibus meis semper* (2).

(1) *Ἐν ἀγῶνι θεοῦ κεραιώματι, ἢ ἀγῶνι mortis prehensa.* Quidam vertunt: *Animo meo mortis periculis;* ut *ἀγῶν* sollicitum mortis metum significet. (Vatilius.)

PAVENS PERICULUM. Septuaginta, in *agone mortis comprehensa*, nempe in quali fuit etiam Jaddus pontifex, cum Alexander Magnus infesto agmine peteret Jerosolymam, teste Josepho. Item Onias, 2 Machab. 5, adèque et Christus ipse in horto. (Tirinus.)

(2) VERS. 2. — *Τὴν ἰσχυρὰν τῆς δεξιᾶς αἰτίας, vestimenta gloriæ suæ, i. e., præclaris, quibus regina ornari solebat cum in publicum prodiret.* Pro inguentis. Hoc nomine ea omnia intelliguntur quæ cultum aut usum habent jucundum et suavem: ejus generis sunt quæcumque odorata, quæ ad voluptatem referuntur. *Κεραῖον, stercore, i. e., luto, ut Job. cap. 30, v. 19. Ezech. 27, 50.* Ut hos aversissimis illis odoribus unguentisque opponatur, hic autem deformis ac tristicus habitus animi afflicti testis erat. (Vatilius.)

OMNIA LOCA, IN QUIBUS LERTARI CONSERVAT, CRINIUM LACERATIONE COMPLEVIT. GRÆCUS: *Omni locum exultationis suæ implevit crinibus crispatis suis.* Alius codex: *Implevit insignibus dejectionis suæ omnia ornamenta, et omnem elegantiam crispationum suarum.* (Calmeck.)

HUMILITATE JEJUNIIS. *Tē jejuniis* non est in Græco, sed intelligitur: Hebræi enim humiliationem corporis vocant jejunium; nil enim ita carnem deprimit ac jejunium; unde Hebræi jejunium ab Esther indictum die 15 adar appellant *tanith Esther*, id est, humiliationem, hoc est, jejunium Esther. Sapienter S. Ambr. epist. 88: *Esther, inquit, regem superbum suis inclinavit jejuniis;* quod de re plura dixi e. 4, in fine.

CRINIUM LACERATIONE. Solebant veteres in grandi calamitate et planetæ manu complodere, pectus tundere, genas vellere, crines

ficcione et dans l'éclat, j'ai en abomination la marque superbe de ma gloire que je porte sur ma tête, et que je la déteste comme un linge souillé et qui fait horreur; que je ne la porte point dans les jours de mon silence, lorsque je ne suis point obligé de paraître en public;

17. Et que je n'ai point mangé à la table d'Aman, ni pris plaisir au festin du roi; que je n'ai point bu de vin offert sur l'autel des idoles;

18. Et que, depuis le temps que j'ai été amenée en ce palais jusqu'à aujourd'hui, jamais votre servante ne s'est réjouie qu'en vous seul, ô Seigneur Dieu d'Abraham.

19. O Dieu puissant au-dessus de tous, écoutez la voix de ceux qui n'ont aucune espérance qu'en vous seul. Sauvez-nous de la main des méchants, et délivrez-moi de ce que je crains.

COMMENTARIUM.

VERS. 5. — AUDIVI A PATRE MEO, etc., in Græco est: *Audiam ab ortu meo in tribu familiarum mearum.*

lacerare ex doloris vehementia ut omnes ad commiserationem et complorationem commoverent, uti de se narrat Esdras l. 4, c. 9, et de Alexandrâ Hircani filia et socra Herodis, ac Salome sorore Herodis retet Josephus l. 15, c. 11, et l. 16, c. 41. (Corn. à Lap.)

VERS. 5. — ADJIVA SOLITARIAM, tum quia in aula regis gentilis sola sum Judea, tum quia omni humano auxilio sum destituta, ut sequitur; cum quia nullus hominis, sed Dei solus alioquin et consolationem desidero. Josephus ait Estherem sic orasse: *Ego hic habito sola, ego in domo regis sola, absque patre et absque matre sum. Sicut pupilla pauperula, quæ ostiatim mendicat, ita ego mendico miserationes tuas fenestram, id est, per singulas fenestras ab vultu in aliam peregens, ut in eorum prospiciam, indeque auxilium tante afflictionis à Deo expectem;* hæc enim de causâ solebant Judei orantes solaria consendere, et per fenestras in eorum prospicere, ut fecit Judith c. 8, 5, Daniel c. 6, 10, imò Christus hæc de causâ montes consendebat, ibique erat *peractans in oratione Dei*, Lucæ 6, 12. (Corn. à Lap.)

Βολιθὸς οὐ τῶ πόντος, succurre mihi solitaria, i. e., inopi ac deserta ab omnibus. Hæc enim inopia et solitudo, omniumque humanorum auxiliorum destititio fideles homines excitat ut ad Deum confugiant; id etiam Deo pergratum est, cum ita abjecti destituti que ad eum respiciunt, ejusque opem imploramus. Esther Deo primum suam populique Judaici solitudinem exponit, cum neminem in terrâ respiciat à quo sperare possit aut implorare auxilium, cum acerrimos habeat adversarios, quibus se nemo impune aut utiliter opponat; omnem sibi dicit interclusum esse aditum ad salutem, nisi Deus manu vindicem porrexerit. (Vatilius.)

VERS. 4. — PERICULUM MEUM (Josephus *anima mea*) IN MANIBUS MEIS, id est, presentissimum et summum est; quod enim in manibus gestatur, facile effundit, vel à fure aut hoste eripi et auferri potest. Sic David fugiens Saisum, et hostes querentes eum occidere, ait psalm. 41, v. 109, *Anima mea in manibus meis*, id est, vita mea est in summo periculo ut eam manu ge-

POSSIDERES HEREDITATEM SEMIPITERNAM, ut populus Israeliticus hereditas tua esset in aeternum (1).

VERS. 7. — COLUMUS DEOS ALIENOS (2). Non quidem ipsa, aut Mardocheus, sed majores eorum, qui idololatrá divinam in se iram provocáruť.

VERS. 8. — ROBUR MANUUM SUARUM (3), etc., ex Græco verti potest: Adjunxerunt vires, manusque suas ad idolorum suorum manus, vel eis se quasi ministros contra nos præbentes, vel quasi jurantes, et injecta dextrá fœdus pangentes.

VERS. 9. — TUA MUTARE PROMISSA (4), doctare videar, et culvis eam auferre volenti offeram.

PAGILLUM MEUM, i. e., est propinquum et paratum, sicut ea quæ in manibus versatur. Vel est metonymia, id est, vita periclitans. In manibus dicitur esse, quod facile elabi potest, psal. 118, 109, q. d.: Ultimum discrimen subire parata sum.

(1) VERS. 6. — PECCAVIMUS. Sancti, cum inculpata vitam egissent, noluerunt tamen patrum scelorum expertes videri. Hæc humilis confessio accessum parat expeditum et mollem ad divinam clementiam. (Vatablus.)

(2) VERS. 7. — COLUMUS ENIM DEOS EORUM, non ego, sed majores nostri in Jerusalem sub Massæ, aliusque regibus idololâtris. Itâ Jostippus Gorionides. (Corn. à Lap.)

Αὐτῶν ἢ ἰδοῦσαντες τοὺς θεοὺς αὐτῶν, pro eo quod deos ipsorum glorificavimus, aut honoravimus, cultum illis tribuentes. (Vatablus.)

(3) VERS. 8. — ROBUR MANUUM SUARUM IDOLORUM POTENTIE DEPTAVIMUS, hoc est, ut verit Jostippus: « Ecce ipsi (Aman ejusque assecle) non dicunt te (ô Domine) nos in manus suas tradidisse, sed idolis suis (Mithræ, id est, sociis) id acceptum ferunt. » (Corn. à Lap.)

Iste versus et seq. continet argumentum a decore et utilit, q. d.: Deus, elide tyrannicas adversariorum vires; id divinam decet potentiam promissaque fidelia. Tale meretur supplicium superborum, et amendum hominum arrogantia, Dei populum importabili jugo prementium, et Deo impudenter insultantium. Εὐνοίας τὸν θεόν, in amicitudine servituti. Ἐπέσθη τὸν χεῖρα αὐτῶν ἐπὶ τὰς χεῖρας τῶν εἰδωλῶν αὐτῶν, poverant manus suas super manus idolorum suorum, pro, junxerunt, aut dederunt dexteras idolis suis, id est, promiserunt fidemque dederunt, aut juraverunt se consilium decretumque tuum abolituros, in quo tu statuisset promissisti te populum tuum conservaturum. Qui fidem et obsequium alicui præstant, manus suas ponunt super manus ejus; vel, sicut homines societatem contrahunt manibus junctis. Jerem. 50, 15, et 1 Machab. 11, 50, pari modo ipsi deis se obstrinxere, manus simulacrorum tangendo. (Vatablus.)

(4) VERS. 9. — VOLUNT TUA MUTARE PROMISSA, quibus tu patribus nostris Abraham, Isaac, Jacob, Moysi, etc., promissisti te fore Deum et protectorem nostrum, ET DEBERE HEREDITATEM TUAM (id est, populum Israel, quâ quasi tuum peculium te solum et Deum et Dominum suum aggressi et coliti), ATQUE EXTINGUERE GLORIAM TEMPLI ET ALTARIS TUI, jam receter in Jerusalem ab hoc Assuero, id est, Dario Hystaspis reedificati, 4 Esdræ 6. Si enim Dario persuasisset Aman perdere Judæos omnes in Perside, non stisset hic ejus odium,

cretum tuum tollere, quo scilicet nos salvare et fovere statuissti (1).

VERS. 11. — SCEPTRUM TUUM (2), gentem in quâ regnas.

His qui non sunt, idolis, eorumque cultoribus.

VERS. 12. — DA MIHI FIDUCIAM (3), ut cum rege securè agam, fidenter et sine timore.

sed et Jerusalem cum templo everiti curâsset. (Corn. à Lap.)

(1) VERS. 10. — ET PRÆBENT CARMALE REGEM, Darium vel Aman, qui quasi rex et tyrannus nobis dominatur, ut prædicent cum nobis, nostroque Deo potentiores nos omnes occidisse et exterminâsse. (Corn. à Lap.)

Εἰς ἀγέραις πατρίων, ad virtutes patrum, id est, idolorum falsorumque deorum, qui nihil aliud sânt quàm vanitas figmentumque hominum. (Vatablus.)

(2) Populus Israeliticus nomine sceptri designatur Jerem. 51, 19, Habacuc. 3, 14. Sceptrum potest etiam significare summam potentiam. Sceptrum his, hominum opinione, tradere videtur Deus, quibus grandia atque inusitata patrare permittit. Esther rogat, ut duabus rebus Deus apud homines suam existimationem teneat, 1º liberando populum cujus vita undique erat obsessa periculis; 2º opprimendo illos qui parant insidias et machinas undecumque in credibili animorum ardore construxerant. Τὸς ἄλλοις, iis qui non sunt, id est ut ait Paulus 1 Cor. 8, 4) nihil sunt. Scimus, inquit, quia nihil est aliud in mundo, scilicet ἰδωλῶν αὐτῶν ἢ εἰδωλῶν, conerte consilium ipsorum in eos; ut ita sit verum illud quod a quodam dictum est: Consilium malum consulti pessima res est. Τὸ δὲ ἀγέραιον εἶπ' ἡμῶν παρὰ θεοῦ, cum autem qui cepti in nos, i. e., qui machinatus est nobis exitium constituit exemplum, ut ejus sceleratum consilium in caput ipsius converteretur. Παρὰ θεοῦ ἡμῶν enim τὰ, est aliquid in exemplum proponere. (Vatablus.)

VERS. 11. — NE TRADAS SCEPTRUM HIS, QUI NON SUNT, numinibus, vel impiis, vel peccatoribus. Prior interpretatio melior. In hoc capite non semel numina nomine nihil, rei inutilis, quæ non est, appellantur. Sceptrum hic significare potest Israelcem, qui non semel eodem nomine exprimitur in Scripturâ, et apud Jeremiam: Israel sceptrum hereditatis ejus. Vox Hebr. שֵׁטֶר, quæ sceptrum, eadem et tribum significat. Accipi etiam potest pro supremâ potestate: Ne tradas sceptrum, potestatem tuam idolis, nec idololâtris; repete ab illis potestatem et auctoritatem quâ abutuntur.

ELM QUI IN NOS COEPIT SEVIRE, DISPERDE. GRÆCUS: Qui incœpit super nos, vone in exemplum malorum. Culpa hic à rege amoliri, et in Amanum transferre Esther videtur. (Galmet.)

NE TRADAS SCEPTRUM TUUM HIS QUI NON SUNT, id est, falsis diis et idolis qui non sunt dii, ut eis ascribatur divinitas et omnipotentia tua; q. d. Ne suas demonibus quasi diis attribui potentiam divinam, quasi per illam Aman eos colens nos perdidit, ut demones de te, ô Domine, triumphant, ac pro te id colantur. (Corn. à Lap.)

(3) VERS. 12. — Γνωσέναι, Notare te fac; id est, fac ut cognoscaris Deus noster, et servator in tempore calamitatis nostræ. (Vatablus.)

REX DEORUM, id est, regum, principum et judicum, qui etiam in psalm. 81, et Joan. 10, dii vocantur.

VERS. 15. — SERMONEM COMPOSITUM (1), prudentem, benè concinnèque structum.

LEONIS. Assueri, quem ob potentiam, vel perociam, leonem appellat. Sic D. Paulus Neronem, 2 ad Tim. 4.

HOSTIS NOSTRI, Aman.

VERS. 15. — CUBILE INCIRCUMSORUM (2).

(1) Quasi diceret: Ita appositè compone et dispone verba mea in ore meo, ut Dari, mariti mei, qui terribilis est ut leo, animos mitigem, et ad me meorumque Judeorum misericordiam deflectam. Hinc S. Aug. l. 4 de Doctr. christiana, c. 15, docet concionatorem idem quod Esther hic ante concionem debere à Deo flagitare, ut amicum ita componat verba in ore suo, ut auditorum mentes penetraret, feriant, et compungant. Ecce Esther accendens ad Darium non vocata, tremit ut capella coram leone, quasi ab eo devoranda, ideoque tota afflicta et compuncta unius Dei open ardentissimè implorat et impetrat. Sic S. Paulus Neronem vocat leonem dicens: Liberatus sum de ore leonis, 2 Timoth. 4, 17. Nam, ut dicitur Prov. 20, 2. Sicut vulgus leonis, ita et terror regis. Id in Dario patet et seq. (Corn. à Lap.)

TALITE SERMONEM COMPOSITUM IN ORE MEO, etc. Ut magis constet hanc appendicem esse Scripturam sacram, notandum hæc verba citari à Chrysostomo homil. 3 ad populum Antiochenum: et citantur quoque ab Augustino lib. 4 de Doctrinâ christiana, cap. penult., ubi quæ Augustinus ex hoc loco sumit, piam admonitionem ad eos qui verbum Dei tractant, verba ipsius profertem: « Sive, inquit, apud populum, vel apud quolibet diciturus aliquis, sive apud populum dicendum, vel à quibuscumque legendum, dictaturus, oret, ut Deus sermonem bonum det in os ejus. Si enim regina oravit Esther, pro sue gentis et temporaria salute locutura apud regem; ut in os ejus Deus congruum sermonem daret; quanto magis orare debet, ut tale munus accipiat, qui pro aeternâ hominum salute in verbo et doctrinâ laborat! » Hæc Augustinus. (Estius.)

(2) Quasi diceret: Ego quia sum fidelis et Dei cultrix, detestor conjugium et copulam cum Dario infideli et idololâtrâ; sed tamen eam admitto et permitto, necessitate adacta, ut cum mihi meisque Judæis placem et concilium. (Corn. à Lap.)

Querit aliquis: Quomodo ergo nupta erat regi Assuero homini incircumciso et idolorum cultori? Neque enim invita ad hoc compulsâ fuerat, sed in numerum puellarum regiarum, consentiente patris suo Mardocheo, fuerat relata, cæ spe, ut apparel, ut in uxorem à rege diceretur. Dicendam ergo, sicut lex illa de vitando conjugio alienigenarum, exceptionem habebat, quales alienigena transierat ad religionem Judaicam, ita etiam eadem lex dispensationem patiebatur, si ex tali conjugio non metueretur, ne fidelis alienaretur à cultu veri Dei, et simul magnum republice bonum inde posset expectari. Ita enim fuit in proposito. Hunc locum citat August. epist. 199, et Hieronymus, alioquin loci. Nempe Esther ita erat instructa à Mardocheo patris, ut peri-

Nam in Assueri matrimonium tantummodo sensi, ut pro patrem imperio, alioqui libentius pauperi alicui gentis mee nuptura.

VERS. 16. — NECESSITATEM MEAM (1), quâ scilicet me cogor orare.

SIGNUM SUPERBIE M.E.E, diadema, seu cidarium, insigne regie dignitatis. Erat autem diadema fascia, quâ caput circumdabant aut ligabant reges, ut patet ex ejus etymo.

IN DIE OSTENTATIONIS M.E.E, cum videri, et coram rege, aut in publicum apparere oportet.

QUASI PANNUM MENSTRUATE, qui sordidissimus est.

IN DIEBUS SILENTII MEI, cum domi sum in gymneco, in privato conelavi.

VERS. 17. — NON COMEDI IN MENSE AMAN, cibos lege vetitos; nec delicias regaliû epularum delectata sum.

culum ei non esset ne averteretur à paternâ religione, et conjugium istud nullum prolesse poterat populo Dei, sicut et profuit. Unde Mardocheus, c. 4, dicebat ad eam: Et quis novit, utrum iudicio ad regnum venieris, ut in tali tempore paraveris? etc. Itaque Esther et voluntaria pupill Assuero, et tamen dicit hic se detestari cubile, nempe ut max subiect: Tu scis necessitatem meam; nupsisset, scilicet, ut necessitates et calamitates populi levaret, quæ aliter mitigari non posse videbatur. Unde et concludit hæc suam orationem his verbis: Deus fortis super omnes, exaudi vocem eorum qui nullam altiam spem habent, et libera nos à manu iniquorum; et cruce me à timore mee. (Estius.)

(1) Quâ compellor me ut reginam regulari more Persico ornare, ut regi marito meo placeam, quod utique nollem, nec facerem, nisi necessitas hæc me cogeret. Hinc S. Aug. epist. 199 ad Eledicam eam reprehendit, quod uni Deo placere volens, indiscreto zelo labium monachæ assumeret, et sua in pauperes distribuens inscio marito et displiceret, eique adulterandi occasionem daret.

QUOD ABOMINER SIGNUM SUPERBIE M.E.E, QUOD EST SUPER CAPUT MEUM IN DIEBUS OSTENTATIONIS M.E.E, cum scilicet in publico vel coram rege compareo, meque ut reginam in habitu ornatuque regali ostendo. Signum superbie vocat regiam cidarium sive coronam, quam celsam et auro gemmisque distinctam in capite quasi turrim gestabat, uti etiamnum nomenclæ caput ita ornant et attollunt, ut turris vel turigerie esse videantur. (Corn. à Lap.)

Τὸ σημεῖον τῆς υπερβολῆς μου, signum superbie mee, i. e., præclarum capitis ornamentum, ut est diadema, regum reginarumque insigne. Ὑπερβολὴς verti potest, magnificentia. Ἐν ἡμέραις ἀποστασίας μου, in diebus ostentationis mee, i. e., quibus in publicum prodego regie habitu ornata. UT PANNUM MENSTRUATE. Apud Hebræos nihil erat sordidum magis, aut abominabile, quam pannus menstruate; unde quod stomachum movebat ad nauseam, et erat visu aut odoratu fœdum, cum panno menstrate proverbialis specie comparabatur. Femina, dum erat in menstruis, abominabilis et polluta censebatur, Lev. cap. 20, v. 18. Ἐν ἡμέραις ἀποστασίας μου, in diebus silentii mei, i. e., eo tempore quo publico careo, necumque ut privata mulier vivo. (Vatablus.)

VINUM LIBAMINI; vinum, cujus pars aliqua in idolorum honorem fuisset effusa (1).

(1) VERS. 18. — *Ke' yalpat, parabolat, pro, à die mutationis, aut translationis meae, i. e., ex eo tempore quo ad hanc vitam dignitatem aique splendorem sum traducta.*

VERS. 19. — *Amolotivon, deploratorum, aut CAPIT. XV.*

Hæc quoque addita reperi in editione vulgata.

4. Et mandavit ei (haud dubium quin esset Mardocheus) ut ingrederetur ad regem, et rogaret pro populo suo et pro patria sua.

2. Memorare, inquit, dierum humilitatis tuæ, quo modo nutrita sis in manu meâ, quia Aman secundus à rege locutus est contra nos in mortem.

3. Et tu invoca Dominum, et loquere regi pro nobis, et libera nos de morte.

Neonon et ista quæ subdita sunt.

4. Die autem tertio deposuit vestimenta ornatis sui, et circumdata est gloria sua.

5. Cùmque regio fulgeret habitu, et invocasset omnium rectorem et salvatorem Deum, assumpsit duas famulas,

6. Et super unam quidem innitebatur, quasi præ deliciis et nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens;

7. Altera autem famularum sequebatur dominam, defluentia in humum indumenta sustentans.

8. Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, et gratis ac nitentibus oculis, tristem celabat animum, et nimio timore contractum.

9. Ingressa igitur cuncta per ordinem ostia, stetit contra regem, ubi ille residebat super solum regni sui, indutus vestibus regis, auroque fulgens, et pretiosis lapidibus, eratque terribilis aspectu.

10. Cùmque elevasset faciem, et ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, regina corruit, et in pallorem colore mutata, lassum super ancillulam inclinavit caput.

11. Convertitque Deus spiritum regis

eorum qui plane perdit nullam spem habent nisi in uno Deo. À timore vero, i. e., ab his quæ timeo. Multa timebat ab Amano ejusque factoribus; à se ipsa verò timebat nullo magis, ne à sua infirmitate mithebricæ languore victa, aut adire non auderet regem, aut cæcè ad ipsius conspectum terra deficeret, et lingua constricta spum non posset officium præstare, et quid sentiret aperire. (Valabius.)

CHAPITRE XV.

(J'ai trouvé aussi dans l'édition vulgare l'addition qui suit. S. Jérôme.)

(Les trois premiers versets de ce chapitre se trouvent dans le quatrième chapitre de l'ancienne vulgate.)

1. Il manda à Esther (c'est-à-dire, sans doute, Mardochee) d'aller trouver le roi, et de le prier pour son peuple et son pays.

2. Souvenez-vous, lui dit-il, des jours de votre abaissement, et de quelle sorte vous avez été nourrie sous ma main, parce qu'Aman, qui est le second après le roi, lui a parlé contre nous pour nous perdre.

3. Invoquez donc le Seigneur; parlez pour nous au roi; et délivrez-nous de la mort.

(J'y ai trouvé pareillement ce qui suit. S. Jérôme.)

(Ce qui suit, depuis ce quatrième verset jusqu'à la fin du livre, se trouve au chapitre 5 de l'édition vulgare.)

4. Le troisième jour, Esther quitta les habits de deuil dont elle s'était revêue, se para de ses plus riches ornements.

5. Relevée par cet éclat de la magnificence royale, après avoir invoqué Dieu, qui est le conducteur et le sauveur de tous, elle prit deux de ses filles de chambre.

6. Sur l'une desquelles elle s'appuyait, comme ayant peine à se soutenir, à cause de son extrême délicatesse.

7. L'autre suivait sa matresse, lui portant la robe, qui traînait à terre.

8. Elle cependant, avec un teint vermeil et des yeux pleins d'agrèments et d'éclat, cachait la tristesse de son âme, qui était toute saisie de frayeur.

9. Et ayant passé de suite toutes les portes, elle se présenta devant le roi au lieu où il était assis sur son trône avec une magnificence royale, étant tout brillant d'or et de pierres précieuses; il était terrible à voir.

10. Aussitôt qu'il eut levé la tête, et qu'il l'eut aperçue, la reine d'un air étonné se paraisant dans ses yeux étincelants, la reine tomba comme évanouie; et la couleur de son teint se changeant en pâleur, elle laissa tomber sa tête sur la fille qui la soutenait.

11. En même temps, Dieu changea le cœur

* Cette parenthèse est de S. Jérôme.

in mansuetudinem, et festinus ac metuens exilivit de solio, et sustentans eam ulnis suis, donèc rediret ad se, his verbis blandiebat:

12. Quid habes, Esther? Ego sum frater tuus, noli meture.

13. Non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.

14. Accede igitur, et tange sceptrum.

15. Cùmque illa reticeret, tulit auream virgam, et posuit super collum ejus, et osculatus est eam, et ait: Cur mihi non loqueris?

16. Quæ respondit: Vidi te, domine, quasi angelum Dei, et conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ.

17. Valde enim mirabilis es, domine, et facies tua plena est gratiarum.

18. Cùmque loqueretur, rursus corruit, et penè exanimata est.

19. Rex autem turbabatur, et omnes ministri ejus consolabantur eam.

COMMENTARIUM

VERS. (1) 4. — DIE TERTIO (2). Inchoat jejunium et precum.

VESTIMENTA ORNATUS SUI, Græc., *vestimenta factis*, GLORIA SUA, pretiosis, et regalibus vestibus (3).

(1) VERS. 4. — MANDAVIT EI UT INGREDERETUR AD REGEM. Historia hæc, sed minus fuscè, narratur superius, capite 5. (Calmet.)

VERS. 2. — NUTRITA SIS IN MANU MEA, per manum meam, id est, per me, mechanicè opem et operam: quinquam et proprie infantis gestantur manu signum nutrimentum (qualis Esther fuerat Mardocheus), ibique nutritur.

LOCUTUS EST CONTRA NOS IN MORTEM, id est, ad mortem, ut nos morti addixerit per regis edictum. (Corn. à Lap.)

MEMORARE DIERUM HUMILITATIS TUE. Versiculus hic cum sequenti exhibetur in Græco capitis 5, inter versiculos octavum et nonum, qui sunt illorum totus est. Hic autem in Græcis confusus omittitur. (Calmet.)

(2) VERS. 4. — DEPOSITIT VESTIMENTA ORNATUS SUI MODESTI et modesti, quo ad lectum et presentiam data et ornata erat. Unde Græcè est: *Deposuit vestimenta factis*.

CIRCUMDATA EST GLORIA SUA, id est, gloriosa coronâ regis, cæterisque vestibus aureis et gemmeis, utque regalibus se induit; sic Job, cap. 19, v. 2. *Spoliavit me gloria mea, quam explicans subdit: Et abstulit coronam de capite meo; Job enim erat rex, et coronâ regis coronabatur. (Corn. à Lap.)*

(3) VERS. 6. — ET TERRE UNAM QUIDEM INNITEBATUR, quæ non succederet, quæ non succederet, id est, quasi delicatè agens, delicatè regem, et nimia teneritudine corpus suum FERRE NON SUSTINENS, ASSUMPSIT Esther speciem

du roi, et lui inspira de la douceur. Il se leva tout d'un coup de son trône, craignant pour Esther; et la soutenait entre ses bras jusqu'à ce qu'elle fût revenue à elle; il la caressait, en lui disant:

12. Qu'avez-vous, Esther? Je suis votre frère; ne craignez point.

13. Vous ne mourrez point; car cette loi n'a pas été faite pour vous, mais pour tous les autres.

14. Approchez-vous donc, et touchez mon sceptre.

15. Et voyant qu'elle demeurait toujours dans le silence, il prit son sceptre d'or; et le lui ayant mis sur le cou, il la baisa, et lui dit: Pourquoi ne me parlez-vous point?

16. Esther lui répondit: Vous m'avez paru comme un ange de Dieu, et mon cœur a été troublé par la crainte de votre gloire.

17. Car, seigneur, vous êtes admirable, et votre visage est plein de grâces.

18. En disant ces paroles, elle tomba encore, et elle pensa s'évanouir.

19. Le roi en était tout troublé; et ses officiers la consolèrent.

VERS. 9. — ERAT TERRIBILIS ASPECTU (1), vel ex natali truculentia et feritate, vel ex præ-

hanc teneritudinis, ut per eam Assuerum commoveret ad misericordiam. Et verè erat tenera et dolilis, tum ex sexu, tum ex jejunio, tum ex meto; unde et corruit, (Corn. à Lap.)

VERS. 8. — TRISTEM CELABAT ANIMUM ET NIMIO TIMORE CONTRACTAM. Novat enim Darium esse terribilem, ac eliditum ejus de neco Judæorum jactatione et promulgatum, ex lege Persarum non posse revocari; rursus capitale esse regem adire, nisi quis ab eo vocatus esset. Quare sciens certum se adire capitis periculum, non erat timore et trepidatione, ne res male cederet, ac rex exandescens judicet illud edictum suum de Judæis, mactandis executioni mandari. (Corn. à Lap.)

Timorem habebat Esther primo propter ingens periculum in sua, tum Judæis omnibus impendens, cum quo non succederet, quod tentatum ibat; secundo, propter principem dubiumque rei eventum, tertio, propter regis Assueri in throno suo, tanto cum splendore et apparatu majestatem; nam, ut versu nono dicitur, erat terribilis aspectu. Quarto, propter sublimem ingentemque regis iram ac furorem, quem subintrante regis indicabat toro, vidua, acida, et dentibus ipsam prosequens, ut libet v. 40, et dicit cap. 5, v. 2. Instabat enim ad suæ majestatis contemptum speculate, quod regina tam libere accederet non vocata. Sed iram regis consequit mox Deus. (Corn. à Lap.)

(1) VERBILIS ASPECTU, quod est terribilis aspectu; contrariam sietisse enim ad ostium, quod erat ex adverso regis in solio residentis. Unde cap. 3, v. 1, dicitur stesisse in regem; dicitur stesisse in regem, quod erat interius contra basilicam regis. (Corn. à Lap.)

quæ eberuerat, cum vidit reginam invocatam contra legem accessisse (1).

(1) VERS. 10. — *COMQUE ELEVASSET FACIEM, ET ADVENTIBUS OCULIS FUREM PECTORIS INDICASSET, QUEM CONCEPERAT, AIT JOSIPPUS, ARGUË AC JOSEPHUS, EX EO QUOD ESTHER NON VOCATA CONTRA LEGEM AD SE INGRESSA ESSET, PUTANS SE AB ESTHER CONTEMPTUM. REGES PERSARUM ENIM MAGNAM, IMÔ DIVINAM MAJESTATEM PRÆ SE FEREBANT, ET MAGNAM REVERENTIAM, IMÔ LATRIAM À SUIS EXIGEBAIT, VOLENTES ADORARI UT DII. ACCEDEBAT, QUOD DARIUS NATURÂ ERAT CHOLERICUS ET FEROX, UT PATET EX EO QUOD DE IPSO NARRAT SECNECA I. 5 DE IRÂ, CAP. 16: « CUM BELLUM IN-
«QUIT, SEYTHIS INDICASSET ORIENTEM CINGENTI-
«BUS, ROGATUS AB OBZO NOBILIS SENE, UT EX-
«TRIBUTIS LIBERIS UNUM IN SOLATIUM PATRI RELIN-
«QUERET, DORUM OPERÂ UTERETUR, PLUSQUÂM
«CROGATUS POLIICITUS, OMNES SE DIXIT ILI REMIS-
«SURUM, ET OCCISOS IN CONSPPECTU PARENTIS AB-
«JECIT, CRUDELIS FUTURUS, SI OMNES ABDUXISSET.»
Subdit simile de Xerxe Darii filio, qui Phy-
thio, inquit, quinque florum patri unius
vacationem petenti, quam vellet eligere per-
misit. Deinde quem elegerat, in partes duas
dissectum ab utroque vae latere posuit, et
hæc vicinia lustravit exercitum.)*

REGINA CONERTUR. Suspiciantur aliqui illam simulasse deliquit animi, ut iram regis fle-
cteret. Verum pallor, et ea quæ secuta sunt,
inducunt verum fuisse deliquit. Nam, ut præ-
cessit, ipsa accessit nimis timore contracta;
deinde videns regem in tantâ majestate scin-
tillantibus et furibundis oculis se intueri,
tremore percussus, quasi examinata corruit.
Majestas enim regis mirè percellit accedentes
ad eam. Narrarunt viri graves, qui aliis ne-
minem metuebant, solebantque cum princi-
pibus liberè et familiariter agere, cum ad
Philippum II, Hispaniæ regem, aliquid petitori
accederent, ac rex in eos oculos suos cum
regi gravitate deligeret, consternatos obmu-
tuisse, ac licet rex comiter eos invitaret ut
sua proponerent, tamen ne verbum quidem
effari potuissent.

VERS. 11. — *CONVERTITUR DEUS SPIRITUM
REGIS IN MANSUETUDINEM. Convertit tum per mi-
serabilem aspectum collabentis reginæ, tum
per internum instinctum et impulsum quo
eum fleebat ad commiserationem, ut iram
commutaret in mansuetudinem et blanditias.
Cor regis enim in manu Domini, quæcumque vo-
luerit inclinabit illud, Proverb. 21, 2; præser-
tim quia videbat Assuerum Estherem ex con-
temptu non accessisse, ut putabat, sed summè
se metinere et revereri (hoc enim reges qua-
runt), adeoque ex reverentiâ et tremore cor-
ruere et deliquit pati. (Corn. à Lap.)*

CITAT HUNC LOCUM Augustinus libro de Gratiâ
Christi, capite 24, et argumento ex his verbis
petito, tanquam testimonio sacræ Scripturæ
urget Pelagium et Coelestium, contra quos
scribit. Docebat Pelagius, tum demum homi-
nem participem fieri gratiæ Dei, si primum
homo suâ liberâ voluntate se Deo subjiciat,
et cor suum in manu Dei ponat. Contra docet
Augustinus, secundum rectam et catholicam
fidem, Deum non solum voluntatem indiffe-
rentem et non reluctantem, per gratiam suam
trahere ad bonum, verum etiam efficaci gratiâ
suâ malam et repugnantem voluntatem ad
bonum convertere, idque ostendit exemplo
regis Assueri, qui cum ardentibus oculis fu-
rorem pectoris sui indicaret, testatur Scri-
ptura Deum subito spiritum et indignationem

12. FRATER TUUS (1). Blandientis vox est
intimæ amicitie, et familiaritatis. Sic sponsus
cant. 4, sponsam sæpè sororem suam vocat.

VERS. 15. — *PRO OMNIBUS (2). Communes
homines afficit lex nostra, et qui infra re-
glam dignitatem sunt, ideoque ejus poenâ non
teneris.*

VERS. 14. — *TANGE SCEPTREM, quod clemen-
tiæ signum est, placati et benevoli in te ani-
mi (3).*

VERS. 16. — *QUASI ANGELEM DEI (4). Coelitus
genus in mansuetudinem convertisse. Valet
quoque idem argumentum contra omnes eos
qui negant aliquam gratiæ operationem, sine
prævio motu voluntatis. Vide etiam Job. 12,
et Proverb. 21.*

(1) *ἄγωνία*, id est, cum anxietate ac sollici-
tudine de solo suo exiliens; hoc enim verbo
significat regem valdè perturbatum fuisse sub-
bitâ reginæ defectione. Quidam vertunt :
Festinus : quod non displicet, modo enim fe-
stinationem cum sollicitudine conjugamus.
*Καὶ παρακαλῶ ἀπὸ τῶν λόγων ἐπινοῶναι, et consolabatur
eam verbis pacificis*, id est, benignis ac hu-
manis, quibus eam erigebat et confirmabat.
(Vatablus.)

(1) *Frater*, id est, maritus qui te amo non
ut maritus et dominus, sed ut frater, socius
et æqualis. Nota conjuges subinde se mutuo
compellere fratres et sorores, idque partim
pudicitie et castitatis, partim benevolentie
et arcti amoris conjugalis causâ, præsertim
quia prima mundi post Adam et Evam conu-
bia fuere fratrum et sororum. Sic sponsa in
Canticis à sponso vocatur soror; sic sapientia
vocatur sponsa sapientis, Sap. 8. 2. Eadem
amica et soror nominatur, Prov. 7. 4. Deni-
que (quod huic loco proprium est) Persæ so-
lebant sorores accipere in uxores, teste S.
Hier. lib. 2 contra Jovin. Idem ex Herod.,
Agathia, Clem. Alexand., Diogene. Laertio,
docet Brissonius lib. 2 de Regno Pers. p. 214.
(Corn. à Lap.)

(2) Græcus : *Commune præceptum nostrum
est. Sanctio est hæc à te aliena; reliquos ob-
ligat, te et me exceptis. Cum te reginam
creavi, legibus superiorem constitui. Juris
Romani axioma est : Augusta licet legibus so-
luta non est, principes tamen eadem illi privile-
gia tribuant, quæ ipsi habent.* (Calmet.)

(3) Vers. 15. — *ET OSCULATUS EST EAM, quasi
sponsam dilectam, ut hisce blanditiis eam
quasi exanimem sibi redderet. Esther hic re-
presentat B. Virginem, quæ Assuerum, id
est, Deum iratum toti generi humano ob
peccata Adæ et posterorum adiens cum dua-
bus ancillis, hoc est, cum duplici creaturâ,
angelicâ scilicet et humanâ, ait S. Bonav. in
Speculo cap. 3, mysticè cum duplici virtute
et vitâ, acivâ scilicet et contemplativâ, cum-
venerentiâ quasi in deliquit corruit, sed Deus
ei blandiens et osculans concessit quod po-
stulabat, nimirum salutem generis humani.
(Corn. à Lap.)*

(4) Oris tui majestas angelo similem mihi
speciem exhibuit. Chaldeis et Hebræis eadem
erat fermè de naturâ angelorum opinio. Anti-
madversum est, Judæos nunquam magis no-
visse et coluisse angelos, quam post captivi-
tatem; neque unquam antea adeo perspicuè
de illis Scriptura locuta est. Hominis maje-

aliejus faciem, decore et majestate plenam.
Sic Ezechiel, cap. 26, 14, regem Tyri Ange-
lum appellat, et David Achin lib. 1 Reg. cap.
29, 9, et Thecuis Davidem lib. 2 Reg. cap.
14, 20.

stas, angelicam imitans, sive illi comparata,
legitur etiam in Genesi 33, 10. Ita enim ibi
Jacob fratrem suum Esau affatur : *Sic vidi fa-
ciem tuam quasi viderim vultum Dei.* (Calmet.)

VIDI TE, DOMINE, QUASI ANGELEM DEI. Verba
sunt Esther ad Assuerum. Nec tamen in his
verbis adulationis est. Nam talibus verbis non
alud significatur, quam milis, blandus et
gratiosus aspectus. Nam Dei et angeli maximè
proprium est hominibus benefacere, et fau-
stium aliquid afferre, et vocula, *quasi*, simili-
tudinem denotat, non æqualitatem. Quod
autem apud regem indeletem Esther mentio-
nem fecerit angeli, non est mirandum. Nam
ipsa suo more loquebatur, etiam inter infi-
deles. Quin etiam legitur 1 Reg. 29, Achis
regem Geth dixisse ad Davidem : *Bonus es tu
in oculis meis, sicut angelus Dei, verisimiliter,
quia tam brevi tempore, versante apud eum
Davide, inusmodi phrasim, modumque lo-
quendi ab eo didicerat.* (Estias.)

VIDI TE, DOMINE, QUASI ANGELEM DEI, id est,
angelicâ majestate, splendore, terrore. Et cre-
dibile est id dixisse ex parèmiâ seu similitu-
dine.

CAPUT XVI.

*Exemplar epistolæ regis Artaxerxis,
quam pro Judæis ad totas regni sui
provincias misit : quod et ipsum in
Hebræico volumine non habetur.*

1. Rex magnus Artaxerxes ab Indiâ us-
que Æthiopiâ, centum viginti septem
provinciarum dueibus ac principibus, qui
nostræ jussioni obediunt, salutem dicit.

2. Multi bonitate principum, et honore
qui in eos collatus est, abusi sunt in su-
perbiam :

3. Et non solum subjectos regibus ni-
tuntur opprimere, sed datam sibi gloriam
non ferentes, in ipsos, qui dederunt, mo-
liuntur insidias.

4. Nec contenti sunt gratias non agere
beneficis, et humanitatis in se jura vio-
lare, sed Dei quoque cuncta cernentis
arbitrantur se posse fugere sententiam.

5. Et in tantum vesaniæ proruperunt,
ut eos qui credita sibi officia diligenter
observant, et ita cuncta agunt ut omnium
laude digni sint, mendaciorum cuniculis
conentur subvertere,

6. Dum aures principum simplices, et
ex sua naturâ alios astimantes, callidâ
fraude decipiunt.

7. Quæ res et ex veteribus probatur hi-

VERS. 17. — *PLENA EST GRATIARUM (1), splen-
doris et dignitatis.*

dine non solis Hebræis, sed et Persis aliisque
gentibus usitatâ, ut colligere possumus ex tam
frequenti angelorum mentione, quam faciebant
Hebræi etiam cum loquerentur gentilibus :
verbi gratiâ, David cum Achis regi Geth
Philistæo.

Et quidem de Persis narrat Codrenus, in
admirabili illâ Cosdroe regis Persarum ab
Heracleo deiâti spherâ, angelos fuisse, qui
regem circumstant; et tamen gentilis erat
Cosdroes. Unde constat, non ignotos fuisse
angelos Persis gentilibus. (Tirinus.)

Angeli nomine, proverbialitè, ut reor, spe-
cie, exitium aliquid in quocumque genere
significat Hebræi. Modò ad bonitatem refer-
tur, ut 1 Sam. 29, 9; modò ad sapientiam, ad
2 Sam. 14, 17; modò ad potestatem, ut 2
Sam. 19, 27, hic verò ad majestatem. Addo
etiam eam esse angelicæ naturæ præstantiam,
eam excellentiam, et coram angelo, inferior
hominum natura obstupescat et torpeat,
etiam si benevolam sese angelus, et amabilem
præbeat. (Vatablus.)

(1) *Καὶ ἐὶ ἐπιπλήρωσιν αὐτῶν χάριτων ὑμῶν, et fa-
cies tua gratiarum plena.*

VERS. 19. — *Καὶ πᾶσα ἡ θησαυρία αὐτοῦ, omnia
famulata ejus, id est, totus satellitum ejus ac
ministrorum cœtus.* (Vatablus.)

CHAPITRE XVI.

(Copie de la lettre que le roi Artaxerxès en-
voya en faveur des Juifs dans toutes les pro-
vinces de son royaume; laquelle lettre ne se
trouve pas non plus dans le texte hébreu.)

(S. Jérôme.)

1. Le grand roi Artaxerxès, qui règne depuis
les Indes jusqu'en Æthiopie, aux chefs et aux
gouverneurs de cent vingt-sept provinces qui
sont soumises à notre empire, Salut.

2. Plusieurs abusant de la bonté des princes,
et de l'honneur qu'ils en ont reçu, en sont
devenus superbes et insolents :

3. Et non-seulement ils tâchent d'opprimer
les sujets des rois; mais, ne pouvant porter
avec modération la gloire dont ils ont été
comblés, ils font des entreprises contre ceux
mêmes dont ils l'ont reçue.

4. Ils ne se contentent pas de méconnaître
les grâces qu'on leur a faites, et de violer dans
eux-mêmes les droits de l'humanité naturelle;
mais ils s'imaginent même qu'ils pourront se
soustraire à la justice de Dieu qui leur tout.

5. Leur folie a passé à un tel point, que,
s'élevant contre ceux qui s'acquiescent de leur
charge avec une grande fidélité, et qui se con-
duisent de telle sorte qu'ils méritent d'être
loués de tout le monde, ils tâchent de les
perdre par leurs mensonges et leurs artifices.

6. En surprenant par leurs déguisements, et
par leur adresse la bonté des princes, que
leur sincérité naturelle porte à juger favora-
blement de celle des autres.

7. Ceci se voit clairement par les anciennes